LIBER SACRAMENTORUM
ROMANAE ECCLESIAE

LIBER SACRAMENTORUM ROMANAE ECCLESIAE

LIBER I.

A + Ω

IN NOMINE DOMINI IESU CHRISTI SALVATORIS INCIPIT LIBER SACRAMENTORUM ROMANAE ECCLESIAE ORDINIS ANNI CIRCULI.

ORATIONES ET PRECES IN VIGILIIS NATALIS DOMINI.

Ad Nonam.

DA nobis, omnipotens Deus, ut sicut adoranda Filii tui natalitia praevenimus, sic eius munera capiamus sempiterna gaudentes. Per Dominum nostrum. γ R. S. Gerb. 1. Pam. 184. Men. 5. Leon. 471. cf. Miss. Goth. 517.

Praesta, misericors Deus, ut ad suscipiendum Filii tui singulare nativitatis mysterium, et mentes credentium praeparentur, et non credentium corda subdantur. Per Dominum nostrum. S. Gerb. 1. Pam. 184. Men. 5.

Secreta.

Tanto nos, Domine, quaesumus, promptiore servitio huius sacrificii[1] praecurrere concede solemnia, quanto in hoc[2] constare principium nostrae redemptionis ostendis. Per Dominum. R. S. Gerb. 2. Leon. 471.

γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 5. Pam. 186. Men. 7.

Huius nos, Domine, sacramenti semper [novitas][3] natalis instauret, cuius nobilitas[4] singularis humanam repulit vetustatem. Per Dominum. γ

[1] *haec* (for *huius sacrificii*) Leon.: *sacrificia* V.; R. S. Gerb. as text. [2] *his* Leon; R. omits *in hoc*. [3] V. omits *novitas* which is inserted by S² Gerb. Pam. and seems to be required by the sense; Men. reads *Eius nos . . . semper natalis*. The reading of S¹ is uncertain, but probably agreed with V.; R. has *sacramenta semper natalaes instauret*, a reading which suggests the emendation *Huius nos Domine sacramenta semper natalis instaurent*; but for the alteration of the last word there is no MS. authority. [4] *nativitas* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text.

II.

Item de Vigilia Domini.

In Nocte.

R. S. Gerb. 3. Pam. 185. Men. 5.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere, da, quaesumus, ut cuius lucis mysterium[1] in terra cognovimus, eius quoque gaudiis in caelo perfruamur. Per. γ

R. S. Gerb. 6. Pam. 186. Men. 7.

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut[2] Unigeniti 494
tui nova per carnem nativitas liberet quos sub peccati iugo vetusta servitus tenet. Per. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 3 (cf. 5). Pam. 186. Men. 7.

Munera nostra, Domine, quaesumus[3], nativitatis hodiernae mysteriis apta perveniant[4]; ut sicut homo genitus idem[5] praefulsit[6] et[7] Deus, sic nobis haec terrena substantia conferat quod divinum est. Per. γ

R. S. Gerb. 3. Men. 6. Mur. 291.

VD. et iustum est aequum et salutare. Cuius divinae nativitatis potentiam ingenita virtutis tuae genuit magnitudo, quem semper Filium et ante tempora aeterna[8] generatum[9], quia tibi pleno atque perfecto aeterni Patris nomen non defuit, praedicamus, verum etiam[10] honore[11] maiestate atque virtute aequalem tibi cum sancto Spiritu confitemur, dum trino[12] vocabulo unicam credimus maiestatem. Quem[13] laudant angeli. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 6.

Laeti, Domine, frequentamus salutis humanae principia, quia trina celebratio beatae competit mysterio[14] Trinitatis. Per Dominum nostrum.

[1] *mysteria* S. Gerb. Pam. Men.; V. R. as text. [2] R. S. Gerb. Pam. Men. insert *nos*; V. as text. [3] *quaesumus, Domine* S. Gerb. Pam. Men.; R. V. as text. [4] *proveniant* S. Gerb. Men. Pam.; V. R. as text; R. S.

Gerb. add *et pacem nobis semper infundant.* [5] *idest* V. [6] *refulsit* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. R. S^1 as text. [7] Pam. Men. omit *et.* [8] *aeternae* (perh. for *aeterne*) V. [9] *genitum* S^2 Gerb. Men. Mur.; V. R. S^1 as text. [10] *et* (for *verum etiam*) Men. Mur.; V. R. S. Gerb. as text. [11] S^2 Gerb. insert *et.* [12] *dum in trino* S^2 Gerb.; *et in trino* Men. Mur.; V. R. S^1 as text. [13] *Quam* Gerb.; S^2 adds (after *Quem laudant angeli*) 'Vel *Et ideo* melius.' Gerb. gives both endings; Men. and Mur. only *Et ideo*; V. R. S^1 as text. [14] *mysterium* V.; R. S. Gerb. as text.

III.

Item in Vigilia Domini.

Mane prima.

Deus, qui per beatae Mariae sacrae virginis partum sine R. S.
495 humana concupiscentia procreatum[1], in Filii tui membra Gerb. 7. Pam. 187.
venientes paternis fecisti praeiudiciis non teneri, praesta, Men. 9.
quaesumus, ut huius creaturae novitate suscepta, vetustatis antiquae contagiis exuamur. Per eundem Dominum. γ

Respice nos, omnipotens et misericors Deus, et mentibus clementer humanis nascente Christo summae veritatis lumen infunde[2]. Per. γ R. S. Gerb. 3. Pam. 187. Men. 6.

Secreta.

Da nobis, Domine[3], ut nativitatis Domini nostri Iesu Christi solemnia, quae praesentibus sacrificiis[4] praevenimus, sic nova sint nobis, ut[5] continuata permaneant, sic perpetua perseverent, ut suo miraculo[6] nova[7] semper existant. Per eundem. R. S. Gerb. 2. Leon. 467.

Item alia.

Cuncta, Domine, quaesumus, his muneribus a nobis semper diabolica figmenta seclude, ut nostri Redemptoris exordia purificatis mentibus celebremus. Per. R. S. Gerb. 4.

VD.[8] Nos[9] sursum cordibus erectis divinum adorare mysterium[10] quo[11] humana conditio veteri terrenaque lege cessante, nova caelestisque[12] substantia mirabiliter restaurata profertur, ut[13] quod magno Dei munere geritur magnis ecclesiae gaudiis celebretur. Per. γ R. S. Gerb. 13. Mur. 293.

Postcommun[14].

Concede nobis, Domine, quaesumus, ut sacramenta[15] quae sumpsimus quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsius medicationis[16] dono curetur. Per. γ II. viii *infra.* R.S.(*alibi.*) Gerb. 196. Pam. 415. cf. Men. 186. cf. Leon. 472.

Ad Populum.

Populum tuum, Domine, quaesumus, tueantur, sanctificent, et gubernent, aeternumque perficiant tam devotionibus acta R. S. Gerb. 5.

solemnibus, quam natalitiis agenda divinis Iesu Christi Domini nostri.

[1] *percreatum* V.; R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [2] *ostende* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [3] *Da nobis, quaesumus, omnipotens et misericors Deus, et sempiterne Pater* Leon. [4] *officiis* Leon. [5] *et* Leon. [6] *pro sui miraculo* S. Gerb. Leon.; *pro suo miraculo* R.; V. as text. [7] *per novo* V. [8] This Preface is given by R. S. Gerb. Mur. to the first Sunday after Christmas. [9] *Et* (for *Nos*) S² Gerb. Mur.; V. R. S¹ as text. [10] Mur. inserts here *ut quod magno Dei munere geritur magnis ecclesiae gaudiis celebretur.* [11] *quod* R. S. Gerb.; *quoniam* Mur.; V. as text. [12] *caelestique* S² Gerb. Mur.; V. R (S¹?) as text. [13] See note 10 *supra.* [14] See note on II. viii *infra.* The Postcommunion is evidently corrupt. [15] Perhaps *sacramenta* is an accusative for ablative: or we may follow Tommasi's proposal and read *per sacramenta.* [16] *medicationes* (prob. for *medicationis*) V.; *miserationis* V. (in II. viii); Leon. reads *ipsius doni medicatione.*

IV.

Item in Natale Domini.

In Die.

R. S. Gerb. 5. cf. Miss. Goth. 521.

Omnipotens sempiterne Deus qui hunc diem per incarna-
tionem Verbi tui, et per partum beatae virginis Mariae 496
consecrasti, da populis tuis in hac celebritate laetitiae[1] ut et qui tua gratia sunt redempti tua adoptione sint filii[2]. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 6. Pam. 187. Leon. 474.

Praesta, misericors Deus[3], ut natus hodie Salvator [mundi][4], sicut divinae [nobis][4] generationis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Per. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 6. Leon. 473.

Oblatio tibi sit, Domine, hodiernae[5] festivitatis accepta, qua et nostrae reconciliationis processit perfecta placatio, et divini cultus nobis est indita plenitudo[6] Iesu Christi Domini nostri. Qui tecum vivit.

R. S. Gerb. 6. Leon. 470.

VD. Tuae laudis hostiam iugiter immolantes. Cuius figuram Abel iustus instituit agnus quoque legalis ostendit, celebravit Abraham, Melchisedech sacerdos exhibuit, sed verus agnus, [et][7] aeternus pontifex, hodie natus Christus implevit. Et ideo cum angelis.

Infra actionem.

R. S. Gerb. 6.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes in quo incontaminata[8] virginitas huic mundo edidit Salvatorem Iesum Christum Dominum nostrum. Sed et memoriam. γ

Postcommun.

Da nobis, Domine, quaesumus, ipsius[9] recensita nativitate vegetari[10] cuius caelesti mysterio et[11] pascimur et potamur, Iesu Christi Domini nostri Filii tui[12]. Qui tecum vivit. γ

R. S. Gerb. 2. Leon. 473. Pam. 184.

Ad Populum.

Praesta, quaesumus, Deus noster, ut familia tua, quae Filii tui Domini nostri Iesu Christi est nativitate salvata, eius etiam sit perpetua redemptione secura. Per Dominum.

[1] *iustitiae* V.; *laetitiam* R. S. Gerb.; Miss. Goth. as text. The first part of the Collect in R. is written over an erasure. [2] *tua sint adoptione securi* S^2 Gerb.; V. R. S^1 as text. [3] *Praesta, quaesumus, omnipotens Deus* R. S. Gerb. Pam.; V. Leon. as text. [4] V. omits *mundi* and *nobis*, which are restored from R. S. Leon. Gerb. Pam. [5] *hodierna* V.; R. S. Gerb. Leon. as text. [6] R. S. Gerb. end the Secret at *plenitudo*; Leon. adds *et via veritatis et vita regni caelestis apparuit*, but omits *Iesu Christi Domini nostri*; V. as text. [7] V. omits *et*. [8] S^2 Gerb. insert *beatae Mariae*; V. R. S^1 as text. [9] *unigeniti Filii tui* (for *ipsius*) R. S. Gerb. Pam.; V. Leon. as text. [10] *respirare* R. S. Gerb. Pam.; V. Leon. as text. [11] R. S. Gerb. Pam. Leon. omit *et*. [12] R. S. Gerb. Pam. Leon. omit *Iesu . . . . tui* and end with *per* or *per eundem*.

V.

497 ITEM ORATIONES DE NATALI DOMINI.

Ad Vesp. sive Matut.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et populum tuum, qui te factore[1] conditus, teque est reparatus auctore, te etiam iugiter operante salvetur. Per Dominum.

R. S. Gerb. 6.

Largire, quaesumus, Domine, famulis tuis fidei et securitatis[2] augmentum, ut qui de[3] nativitate Domini nostri Iesu Christi gloriantur et adversa mundi, te gubernante, non sentiant, et quae temporaliter celebrare desiderant, sine fine percipiant. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 6. Pam. 187.

Deus, qui populo tuo plene praestitisti redemptionis effectum, ut non solum Unigeniti tui nativitate corporea, sed etiam crucis eius patibulo[4] salvaretur, huius, quaesumus, fidei famulis tuis tribue firmitatem[5], ut usque ad promissum gloriae[6] praemium, ipso quoque gubernante, perveniant. Per.

S. [Gerb. 6.]

Deus qui humanae substantiae dignitatem et mirabiliter condidisti et mirabilius reformasti, da, quaesumus, ut eius efficiamur in divina consortes[7], qui nostrae humanitatis fieri dignatus est particeps[8] Christus Filius tuus. Per eundem Dominum nostrum. γ

R. S. Gerb. 6. Pam. 188.

R. S. Gerb. 7. Pam. 188.

Omnipotens sempiterne Deus, creator humanae reformatorque naturae, quam Unigenitus tuus in utero perpetuae virginitatis assumpsit, respice nos propitius, ut, Filii tui incarnatione suscepta, inter ipsius mereamur membra numerari. Per eundem.

R. S. Gerb. 7.

Deus, qui nativitatis tuae exordia [9] pro nostra necessarium salvatione duxisti, respice nos propitius; et quos similes ad imaginem tuam fecisti, similiores observatione perfice mandatorum. Per.

[1] S. Gerb. insert *est*. [2] *fidei spei et caritatis* Pam.; V. R. S. Gerb. as text. [3] Gerb. Pam. omit *de*; V. R. S. as text. [4] *etiam et crucis patibulum* V. (ungrammatically); S. Gerb. as text. [5] *firmitate* V.; S as text. [6] S. Gerb. insert *tuae*. [7] *da nobis, quaesumus, eius divinitatis esse consortes* Gerb. (following S^2.), Pam.; V. R. (S^1?) as text. [8] Gerb. inserts *Iesus*; Pam. ends the Collect at *particeps*. [9] *exordium* S^2 Gerb.; *exordio* V.; R. S^1 as text.

VI.

In Natali sancti Stephani Martyris.

vii Kal. Ianuarias.

R. S. Gerb. 8. Pam. 189. Leon. 383. Pam. (Amb.) 306.

Omnipotens aeterne [1] Deus, qui primitias martyrum in sancti [2] levitae Stephani sanguine [3] dedicasti, tribue, quaesumus, ut pro nobis intercessor assistat [4], qui pro suis 498
etiam persecutoribus supplicavit [5]. Per. γ

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut sicut divina laudamus in sancti Stephani passione magnalia, sic indulgentiam tuam piis eius precibus assequamur. Per.

S. [Gerb. 8.] Leon. 387.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut beatus Stephanus levita magnificus, sicut ante alios imitator Dominicae passionis et pietatis enituit, ita sit fragilitatis nostrae promptus adiutor. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 8. Pam. 189. Leon. 388.

Grata tibi sint, Domine, munera, quaesumus, devotionis hodiernae, quae beati Stephani martyris tui commemoratio gloriosa depromit. Per.

Postcommun.

R. S. [Gerb. 8.] Pam. 190. Leon. 388. Pam. (Amb.) 307.

Gratias [6] agimus, Domine, multiplicatis circa nos miserationibus tuis, qui et Filii tui nativitate nos salvas, et beati martyris Stephani [7] deprecatione sustentas. Per.

Ad Populum.

Beatus martyr Stephanus, Domine, quaesumus, pro fidelibus tuis suffragator accedat, qui dum bene sit tibi placitus [8] pro his etiam possit audiri [9]. Per. R. S. [Gerb. 8.]

[1] *aeterne* so V.; the rest have *sempiterne*. [2] *beati* R. S. Gerb. Pam.; V. Leon. Pam. (Amb.) as text. [3] *sanguinem* V. R. (ungrammatically); Leon. as text. [4] *existat* R. S[2] Gerb. Pam. (both forms), Leon.; V. (S[1]?) as text. [5] *exoravit* Gerb. Pam.; V. R. S. Leon. Pam. (Amb.) as text. [6] Pam. and Pam. (Amb.) insert *tibi*. [7] *martyrum beatorum* Leon. [8] *beneplacitus tibi sit* S[2] Gerb.; V. R. S[1] as text. [9] *prosit auditor* V.; R. S. Gerb. as text.

VII.

In Natali sancti Ioannis Evangelistae.

vi Kal. Ianuarias.

Deus, qui per os beati apostoli tui Ioannis evangelistae [1] Verbi tui nobis arcana reserasti, praesta, quaesumus, ut quod ille nostris auribus excellenter infudit, intelligentiae competentis [2] eruditione capiamus. Per Dominum nostrum. γ R. S. Gerb. 9. Pam. 190. Pam. (Amb.) 307. Leon. 474.

Deus, qui beati Ioannis evangelistae praeconiis principii sempiterni secreta reserasti, da, quaesumus, ut ad intelligentiam Verbi eius per quem nobis resplendet [3] suffragiis accedamus. Per Dominum. R. S. Gerb. 10. Pam. 191.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut excellentiam
499 Verbi tui, quam beatus evangelista Ioannes asseruit, et convenienter intelligere valeamus et veraciter confiteri [4]. Per. R. S. Gerb. 10. Pam. 191. Men. 12.

Secreta.

Supplicationibus apostolicis beati Ioannis evangelistae, quaesumus, ecclesiae tuae, Domine [5], commendetur oblatio, cuius magnificis praedicationibus eruditur. Per. [Gerb. 10.] Pam. (Amb.) 308. Leon. 475. Pam. 190.

Postcommun.

Beati evangelistae Ioannis nos, Domine, quaesumus, merita prosequantur, et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per. Pam. 190.

Ad Populum.

Adsit ecclesiae tuae, Domine, quaesumus [6], beatus evangelista Ioannes, ut cuius perpetuus doctor existit, semper esse non desinat suffragator. Per. R. S. [Gerb. 10.] Pam. 191.

[1] *Ioannis et evangelistae* S[1]; *et evangelistae Ioannis* S[2] Gerb.; Pam. omits *evangelistae*; V. R. Leon. Pam. (Amb.) as text. [2] *intellegentia conpetentes* V.; *intelligentiae competentes* R.; the rest as text. [3] *splendit* V.;

R. S. Gerb. Pam. as text. [4] *profiteri* S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [5] *quaesumus, Domine, ecclesiae tuae* Gerb. Pam. (Amb.); Pam. omits *Domine*; V. Leon. as text. [6] *quaesumus Domine* Gerb.; Pam. omits *Domine*; V. S. as text.

VIII.

In Natali Innocentium.

v Kal. Ianuarias.

R. S. Gerb. 11. Pam. 192. Men. 12.

Deus, cuius hodierna die praeconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 11. Leon. 476.

Deus, qui bonis tuis infantium quoque nescia sacramenti corda praecedis, tribue, quaesumus, ut in nostra conscientia [1] fiduciam [2] non habentes indulgentia [3] semper copiosa praeveniat [4]. Per.

R. S. Gerb. 12. Pam. 192. Men. 13.

Adiuva nos, Domine, quaesumus, eorum deprecatione sanctorum, qui Filium tuum humana necdum voce profitentes, caelesti sunt pro eius nativitate gratia coronati. Per.

Secreta.

R. S. Greb. 11. Men. 12. Leon. 477.

Adesto, Domine, muneribus Innocentium festivitate sacrandis, et praesta, quaesumus, ut eorum sinceritatem [5] possimus imitari, quorum tibi dicatam [6] veneramur infantiam [7]. Per.

Postcommun.

R. S. Gerb. 11. Pam. 193. Men. 13.

Ipsi nobis, Domine, quaesumus, postulent mentium 500
puritatem, quorum innocentiam hodie solemniter celebramus. Per Dominum.

Ad populum.

R. S. Gerb. 11.

Discat ecclesia tua, Deus, Infantium, quos hodie veneramur, exemplo [8], sinceram tenere pietatem, quae prius vitam praestitit sempiternam quam posset [9] nosse praesentem. Per Dominum nostrum.

[1] *ut et nostrae conscientiae* S. Gerb.; *ut nostra conscientiae* R.; *ut nostrae conscientiae* Leon.; V. as text. [2] *fiducia* V. (ungrammatically); R. S. Leon. as text. [3] S[2] Gerb. insert *nos*; V. R. S[1] Leon. as text. [4] *perveniat* V.; R. S. Gerb. Leon. as text. [5] *sinceritate* V. R. (ungrammatically). [6] *dicanda* V. (ungrammatically); *dicandam* S.; *dicata* R.; Leon. Gerb. Men. as text. [7] *infantia* V. (ungrammatically). [8] *exemplum* V. (ungrammatically). [9] *possit* (prob. for *posset*) V. R.; *posse* S[1]; *possent* S[2] Gerb.

IX.

ITEM IN OCTAVAS[1] DOMINI.

Kal. Ianuarias.

Deus qui nobis[2] nati Salvatoris diem celebrare concedis octavum, fac, quaesumus, nos eius perpetua divinitate muniri cuius sumus carnali commercio reparati. Per. R. S. Gerb. 14. Pam. 194.

Omnipotens sempiterne Deus, qui[3] Unigenito tuo novam creaturam nos tibi esse fecisti, custodi opera misericordiae tuae, et ab omnibus nos maculis vetustatis emunda, ut per auxilium gratiae tuae in illius inveniamur forma in quo tecum est nostra substantia. Per. R. S. Gerb. 14. Pam. 194. Men. 14. Pam. (Amb.) 312.

Secreta.

Praesta, quaesumus, Domine, ut per haec munera, quae Domini[4] Iesu Christi arcanae nativitatis mysterio gerimus purificatae mentis intelligentiam consequamur. Per Dominum. R. S. Gerb. 14. Pam. 194. Men. 14.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Cuius hodie octavas nati[5] celebrantes tua, Domine, mirabilia veneramur. Quia[6] quae peperit et mater et virgo est; qui natus est, et infans et Deus est[7]. Merito[8] caeli locuti sunt, angeli gratulati, pastores laetati, magi mutati, reges turbati, parvuli gloriosa passione coronati[9]. Lacta, mater, cibum nostrum; lacta panem de caelo venientem, in praesepio positum velut piorum cibaria iumentorum. Illic namque agnovit bos possessorem suum, et asinus praesepium Domini sui, circumcisio[10] scilicet
501 et praeputium. Quod etiam Salvator et • Dominus noster a Simeone susceptus in templo plenissime dignatus est adimplere[11]. Et ideo cum angelis et archangelis. γ R. S. cf. Gerb. 14. cf. Men. 14. cf. Mur. 293.

Postcommun.

Praesta, quaesumus, Domine, ut quod Salvatoris nostri iterata solemnitate percipimus[12], perpetuae nobis redemptionis conferat medicinam. Per. R. S. Gerb. 14. Pam. 194. Men. 14.

Ad Populum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tuae mensae participes a diabolico iubes abstinere convivio, da, quaesumus, plebi tuae, ut gustu[13] mortiferae profanitatis abiecto puris mentibus ad epulas aeternae salutis accedat[14]. Per. R. S. Gerb. 14. Pam. (Amb.) 312. Leon. 301.

[1] *octabas* V. [2] *bonis* V.; R. S. Gerb. Pam. as text. [3] S. Gerb. Pam. Men. insert *in*; V. R. as text. [4] Gerb. Pam. Men. insert *nostri*. [5] *hodie circumcisionis diem et nativitatis octavum* (*octavam* S³) S² Gerb. Men. Mur.; V. R. (S¹?) as text. [6] *Qui quia* V. [7] In Men. the Preface ends here.

[8] R. S[2] Gerb. insert *ergo*; V. S[1] Mur. as text. [9] In Gerb. Mur. the Preface ends here. In S. *Et ideo cum angelis* is added at this point by the corrector: but there is a marginal note '*si volueris totum scribe et lege.*' [10] *circumcisionem* V. S[1] wrongly; R. S[2] as text. [11] *manifestare* S[2]; V. R. S[1] as text. [12] *percepimus* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text. [13] *gustum* V. (ungrammatically); R. S. Leon. as text. [14] *accedant* Leon.

X.

PROHIBENDUM AB IDOLIS[1].

S. Gerb. 15. Leon. 363. Omnipotens sempiterne Deus, da nobis voluntatem tuam et fideli mente retinere, et pia conversatione depromere, ut ecclesia tua, a profanis vanitatibus expiata, non aliud profiteatur verbis aliud exerceat actione. Per Dominum.

Secreta.

S. Gerb. 15. Leon. 364. Ut tibi grata sint, Domine, munera populi tui, ab omni, quaesumus, eum[2] contagione perversitatis emunda, nec falsis gaudiis inhaerere patiaris quos ad veritatis[3] tuae praemia venire promittis. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 15. Leon. 479. Mysteriis tuis veneranter[4] assumptis, quaesumus, Domine, ut contra[5] nostrae conditionis errorem et contra diabolicas[6] armemur insidias[6]. Per.

[1] *Missa Prohibendo ab Idolis* S[1]; *Missa de Prohibendo ab Idolis* S[2] Gerb.; V. as text. [2] *nos* Leon. [3] *quos ad diversitatis* V.; S. Gerb. Leon. as text (Muratori reads *quibus* in Leon.). [4] Leon. places *Domine* before *veneranter*. [5] *ut et contra* S. Gerb.; V. Leon. as text. [6] *diabolicis .... insidiis* V. (ungrammatically); S. Gerb. Leon. as text.

XI.

IN VIGILIIS DE THEOPHANIA.

R. S. Gerb. 15. Pam. 195. Men. 15. Corda nostra, quaesumus, Domine, venturae festivitatis splendor illustret, quo mundi huius tenebras[1] carere valeamus, et perveniamus[2] ad patriam claritatis aeternae. Per.

Secreta. 502

R. S. Gerb. 15. Pam. 195. Men. 15. Tribue, quaesumus, Domine, ut eum praesentibus[3] immolemus sacrificiis et sumamus, quem venturae solemnitatis pia munera praeloquuntur. Per.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 18. Pam. 196. Men. 16, 17. VD. Quia[4] quum Unigenitus tuus in substantia nostrae mortalitatis [apparuit, in novam nos immortalitatis suae[5]] lucem reparavit. Per quem laudant angeli. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 16. Men. 16. Illumina, quaesumus, Domine, populum tuum, et[6] splendore gratiae tuae cor eius semper accende; ut

Salvatoris mundi, stella famulante, manifestata nativitas mentibus eorum et[7] reveletur semper et crescat. Per. γ

[1] *tenebris* S^2 Gerb. Pam.; V. S^1 as text (ungrammatically). [2] *carere et pervenire valeamus* S^2 Gerb.; *carere valeamus et pervenire* R.; V. S^1 Pam. Men. as text. [3] *ut ei praesentibus* Pam.; *ut praesentibus illi* Men. (both altering what follows); V. R. S. Gerb. as text. [4] R. S. Gerb. assign this Preface to the Sunday after Epiphany, Pam. to the Epiphany itself, Men. to the Epiphany and also to the Sunday. [5] V. omits the words in brackets, which are restored from the other texts, where they appear with a variation. R. S. Pam. read *in nova . . . luce*; S^2 Gerb. *nova . . . luce*. The *lucem* of V. points to the reading of the text, with which Men. agrees. [6] S^1 omits *et*. [7] Gerb. omits *et*.

XII.

Item in Theophania.

In Die.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Verbi tui incarnationem praeclari testimonio sideris indicasti, quod videntes magi oblatis maiestatem tuam muneribus adorarunt[1], concede ut semper in mentibus nostris tuae appareat stella iustitiae, et[2] noster in tua sit confessione thesaurus. Per.

R. S. Gerb. 16. Pam. (Amb.) 313. Miss. Goth. 538.

Deus, cuius Unigenitus in substantia nostrae carnis apparuit, praesta, quaesumus, ut per eum quem similem nobis foras[3] agnovimus intus reformari mereamur. Per Dominum nostrum. γ

R. S. (*in Oct.*) Gerb. 18. Pam. 197. Men. 18.

Deus illuminator omnium gentium, da populis tuis perpetua pace gaudere, et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris, quod trium magorum mentibus aspersisti[4]. Per. γ

R. S. Gerb. 17. Pam. 196. Men. 17. Miss. Goth. 541.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, pro nati tui Filii[5] apparitione deferimus, suppliciter exorantes, ut sicut ipse nostrorum auctor est munerum[6], ipse sit misericors et susceptor Iesus Christus[7] Dominus noster. Qui tecum vivit.

R. S. (*in Oct.*) Gerb. 18. Pam. 198. Men. 18.

VD. Te laudare[8] mirabilem Deum[9] in omnibus operibus tuis[10] quibus[11] regni tui mysteria revelasti. Hanc enim[12]
503 festivitatem[13] index puerperae[14] • virginalis stella praecessit, quae natum in terra caeli Dominum magis stupentibus nuntiaret, ut manifestandus mundo Deus et caelesti denuntiaretur indicio, et temporaliter procreatus signorum temporalium ministerio panderetur. Et ideo. γ

R. S. (*in Vig.*) Gerb. 15. Pam. 552. Men. 15. Mur. 293.

Infra actionem.

Communicantes, et diem sacratissimum celebrantes[15], quo Unigenitus tuus in tua tecum gloria sempiternus[16] in

R. S. Gerb. 16.

veritate nostrae carnis natus, magis de longinquo venientibus visibilis et corporalis apparuit. Sed et memoriam. γ

Postcommun.

R. S. (*in Oct.*) Gerb. 19. Pam. 198. Men. 18.

Caelesti lumine, quaesumus, Domine, semper et ubique nos praeveni, ut mysterium cuius nos participes esse voluisti et puro cernamus intuitu et digno percipiamus effectu. Per. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 17.

Deus, qui per huius celebritatis mysterium aeternitatis tuae lumen cunctis gentibus suscitasti, da plebi tuae Redemptoris sui plenum cognoscere[17] fulgorem, ut ad perpetuam claritatem per eius incrementa perveniat[18]. Per.

[1] *adorarent* V.; *adoraverunt* S^2 Gerb. Pam. (Amb.); R. (S^1 ?) Miss. Goth. as text. [2] *ac* Miss. Goth. [3] *foris* R. S^2 Gerb. Pam. Men.; V. S^1 as text. [4] *aspersisti*, so V. R.; the other texts cited have *aspirasti*. [5] *nati Filii tui* S. Gerb.; V. R. Pam. Men. as text. [6] S^2 Gerb. Pam. Men. insert *ita*; Pam. omits *ipse*; V. R. S^1 as text. [7] Pam. inserts *Filius tuus*. [6] *Et te laudare* S^2 Gerb. Pam. Men. Mur.; V. R. S^1 as text. [9] S^2 Gerb. omit *Deum*; Men. has *Dominum*; V. R. S^1 Pam. Mur. as text. [10] *suis* Pam. [11] *sacratissima* should perhaps be inserted here: it is absent from V., but appears in all the other texts cited. [12] *etenim* S^2 Gerb. Pam. Men. Mur.; V. S^1 as text. [13] S^2 Gerb. Pam. Men. Mur. insert *Dominicae apparitionis*. [14] *puerpera* V. S^1; *puerperii* S^2 Gerb.; Pam. Men. Mur. omit *puerperae virginalis*; R. as text. [15] R. S. Gerb. insert *in*. [16] *coaeternus* R. Gerb. [17] *agnoscere* S. Gerb.; V. R. as text. [18] After *perveniat* R. S^1 continue *per quem eadem* (*eandem* R.) *sumpsit exordium. Per Dominum nostrum* (*exordia. Per eundem* R.); S^2 alters *eadem* to *eiusdem* and adds in the margin *fulgoris scilicet sive claritatis*. Gerb. adopts the reading *eiusdem* and subjoins the marginal gloss as part of the text before *sumpsit exordia*.

XIII.

In Septuagesima.

R. S. Gerb. 32. Pam. 212.

Deus, qui per ineffabilem observantiam sacramenti famulorum tuorum praeparas voluntates, donis gratiae tuae corda nostra purifica, ut quod[1] sancta est devotione tractandum[2], sinceris mentibus exequamur. Per Dominum.

R. S. Gerb. 32. Pam. 212. Men. 32. xxvi *infra*.

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, fragilitati nostrae sufficientiam competentem, ut suae reparationis effectum[3] et pia conversatione recenseat, et cum exultatione suscipiat. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 32. Men. 32.

Concede nobis, misericors Deus, et digne tuis servire semper altaribus, et eorum perpetua participatione salvari. Per.

Postcommun.

504 Sacrae nobis, quaesumus, Domine, *mensae libatio et piae conversationis augmentum et tuae protectionis[4] continuum praestet auxilium[5]. Per. R. S. Gerb. 32. xxv *infra*.

[1] *quo* V.; R. S. Gerb. Pam. as text. [2] *devotione est tractandum* S.; *devotione tractandum est* Gerb.; V. R. Pam. as text. [3] *in sui reparationis affectum* V. (here); *sui reparationis affectum* S. Gerb.; *et suae rep. aff.* R.; Pam. Men. V. (in xxvi *infra*) as text. [4] *propitiationis* R. S. Gerb. V. (in xxv *infra*); V. here as text. [5] *continuo praestet auxilio* V. (but in xxv *infra*, *continuum auxilium*); R. has *continuo praestet auxilium*; S. Gerb. as text.

XIV.

In Sexagesima.

Tuere, quaesumus, Domine, plebem tuam, et sacram solemnitatem[1] recolentem gratiae caelestis largitate prosequere, ut visibilibus adiuta solatiis ad invisibilia bona promptius[2] incitetur. Per Dominum nostrum. R. S. Gerb. 33. Pam. 213. Men. 34. Leon. 481.

Adiuva nos, Deus salutaris noster, et ad beneficia recolenda quibus nos instaurare dignatus es, tribue venire gaudentes. Per. γ Pam. 247.

Secreta.

Intende, quaesumus, Domine, hostias[3] familiae tuae, et[4] quam sacris muneribus[5] facis esse participem[6] tribuas ad eam[7] plenitudinem venire. Per. R. S. Gerb. 33. Pam. 213. Men. 33. xxxvii *infra*.

Postcommun.

Sit[8] nobis, quaesumus, Domine[9], cibus sacer potusque salutaris, qui et temporalem vitam muniat et praestet aeternam. Per. R. S. Gerb. 33. Pam. 213. Men. 34. Leon. 413.

Ad Populum.

Rege, quaesumus[10], Domine, populum tuum, et gratiae tuae in eo dona multiplica, ut ab[11] omnibus liber offensis, et temporalibus non destituatur auxiliis, et sempiternis gaudeat institutis. Per. R. S. Gerb 33. Pam. 213. Leon. 417.

[1] *sacra solemnia* Leon. [2] *prumptior* V.; R. S. Leon. as text. [3] *hostiam* S. Gerb.; V. R. Pam. Men. as text. [4] V. omits *et* here, but inserts it in xxxvii *infra*. [5] *sacri muneris* S[2] Gerb. Men.; V. R. (S[1]?) Pam. as text. [6] *participes* V. [7] *ad eius* R. S. Gerb. Pam. Men. and V. (in xxxvii *infra*); V. as text. *Ad eius* is ungrammatical if we read also *hostias* and *sacris muneribus* (as in R. Pam. and in V. xxxvii *infra*); on the other hand, the meaning of *ad eam* is obscure. [8] *Adsit* Men. Pam.; V. R. S. Gerb. Leon. as text. [9] *Domine quaesumus* Leon. [10] Leon. omits *quaesumus* here and inserts it after *gratiae tuae*. [11] *ut et ab* Leon.

XV.

Orationes et preces super Poenitentes[1].

S. Pam. 451. Men. 213.

Exaudi, Domine, preces nostras et confitentium tibi[2] parce peccatis, ut quos conscientiae reatus accusat, indulgentiae tuae miseratio absolvat. Per. γ

S. Pam. 451. Men. 214.

Praeveniat hunc famulum tuum, quaesumus, Domine, misericordia tua, et[3] omnes iniquitates eius celeri indulgentia deleantur. Per Dominum nostrum. γ

S. Pam. 451. Men. 214.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, nec sit ab hoc famulo tuo clementiae tuae longinqua miseratio. Sana vulnera[4] eiusque remitte peccata, ut nullis a te * iniquitatibus 505
separatus, tibi semper Domino[5] valeat adhaerere. Per. γ

S. Pam. 451. Men. 214.

Domine Deus noster, qui offensione nostra[6] non vinceris, sed satisfactione[6] placaris, respice, quaesumus, ad hunc famulum tuum, qui se tibi peccasse graviter confitetur. Tuum est ablutionem[7] criminum dare, et veniam praestare peccantibus, qui dixisti poenitentiam te malle peccatorum quam mortem. Concede ergo, Domine, hoc ut et[8] tibi poenitentiae[9] excubias celebret, et[10] correctis actibus suis conferri sibi a te sempiterna gaudia gratuletur[11]. Per. γ

S. Men. 214.

Precor, Domine, clementiam tuae maiestatis ac nominis, ut huic famulo tuo peccata et facinora sua confitenti veniam[12] dare, et praeteritorum criminum [debita][13] relaxare digneris. Qui humeris tuis ovem perditam reduxisti ad caulas, qui publicani precibus vel confessione placatus es, tu etiam, Domine, et huic famulo tuo placare, tu eius[14] precibus benignus assiste; ut in confessione flebili permanens clementiam tuam celeriter exoret, et sanctis ac sacris altaribus[15] restitutus, spei rursus aeternae et caelestis gloriae[16] reformetur. Per.

[1] S. has these prayers *after* the direction contained in section xvi *infra*. [2] *tibi confitentium* Pam. Men.; V. S. as text. [3] *ut* (for *et*) Pam. Men.; V. S. as text. [4] *vulnera sana* Pam. [5] *tibi Domino semper* S^2 Pam. Men.; V. S^1 as text. [6] *offensionem nostram . . . satisfactionem* V. (ungrammatically); S. Pam. Men. as text. [7] *absolutionem* S.; V. Pam. Men. as text. [8] Pam. Men. omit *et*. [9] *poenitentiam* V. (ungrammatically); S. Pam. Men. as text. [10] *ut* (for *et*) S^1; V. S^2 Pam. Men. as text. [11] *conferre tibi ad te sempiterni gaudia celebretur* V.; *conferre sibi ante sempiterni gaudia* [. . . . .]*etur* S^1; S^2 Pam. Men. as text. [12] *veniam relaxari* (for *relaxare*) S^1; *veniam delictorum* S^2. [13] *debita*, omitted by V. S. seems required to complete the sense, and is restored from Men. [14] *tu eum* V.; S. Men. as text. [15] *et sanctis altaribus* Men.; *ac sacrosanctis altaribus* S^2; V. S^1 as text. [16] *caelesti gloriae* Men.; V. S. as text.

XVI.

ORDO AGENTIBUS PUBLICAM POENITENTIAM [1].

Suscipis eum iv feria mane in capite Quadragesimae, et S.
cooperis eum cilicio, oras pro eo, et inclaudis usque ad Coenam Domini. Qui eodem die in gremio praesentatur ecclesiae [2], *et prostrato eo omni corpore in terra, dat orationem pontifex super eum ad reconciliandum in quinta feria Coenae Domini sicut ibi continetur.*

[1] This rubric is placed in S. before the prayers contained in the last section.
[2] *praesentatur in gremio ecclesiae* S.

XVII.

ORATIONES ET PRECES A QUINQUAGESIMA USQUE AD QUADRAGESIMAM.

Aufer [1] a nobis, Domine, quaesumus, iniquitates nostras, R. S.
ut ad sancta sanctorum puris mereamur sensibus [2] introire. Gerb. 34. Pam. 214.
Per. γ Leon. 430.

Perfice, Domine, benignus in nobis observantiae sanctae R.S.(*alibi*).
506 subsidium; ut quae te auctore • facienda cognovimus te Gerb. 45. Pam. 226.
operante impleamus. Per. γ

Secreta.

Sacrificium, Domine, observantiae paschalis offerimus [3]: R. S.
praesta, quaesumus, ut tibi et mentes nostras reddat Gerb. 34. Pam. 216.
acceptas, et continentiae promptioris [nobis tribuat facul- Men. 36.
tatem [4]]. Per. γ

Postcommun.

Repleti sumus, Domine [5], donorum participatione caeles- R. S.
tium: praesta, quaesumus, ut eadem et sumamus iugiter et Gerb. 34. Pam. 214.
incessabiliter ambiamus. Per. Men. 34.

Ad Populum.

De multitudine misericordiae tuae, Domine, populum R. S.
tibi protege confitentem, et corporaliter gubernatum piae Gerb. 34. Pam. 214.
mentis affectum [6], tuis muneribus assequendis effice promp- Men. 34.
tiorem. Per.

IN IEIUNIO. PRIMA STATIONE.

Feria iv.

Inchoata ieiunia, quaesumus, Domine, benigno favore R. S.
prosequere, ut observantiam, quam corporaliter exercemus, (*Fer. vi.*) Gerb. 36.
mentibus valeamus implere [7] sinceris. Per. γ Pam. 216. Men. 36.

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 35. Pam. 216.

Fac nos, quaesumus, Domine, salutis nostrae causas et devotis semper frequentare servitiis, et devotius recolere principaliter inchoatas. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 35. Pam. 215. Men. 35.

Fac nos, quaesumus, Domine [8], his muneribus offerendis convenienter aptari, quibus ipsius venerabilis sacramenti venturum celebramus exordium. Per. γ

Postcommun.

R. S. (*Fer. vi.*) Gerb. 36.

Tribue nobis, omnipotens Deus, ut dona caelestia, quae debito frequentamus obsequio, sincera professione sentiamus [9]. Per.

Ad Populum.

Pam. 215.

Respice, Domine, quaesumus [10], super famulos tuos; et in tua misericordia confidentes caelesti protege benignus auxilio. Per.

Feria vi in Quinquagesima. 507

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 35.

Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis ieiuniis paschalibus convenienter aptari, ut suscepta solemniter castigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat animarum. Per.

R. S. Gerb. 36.

Adiuva nos, Deus salutaris noster, ut quae collata nobis honorabiliter recensemus, devotis mentibus assequamur. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 36. cf. Pam. 217. cf. Men. 37.

Praepara nos, quaesumus, Domine, huius praecipuae [11] festivitatis officiis, ut haec sacrificia sobriis mentibus celebremus. Per.

Postcommun.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 38. Pam. 219. Leon. 414.

Salutari munere, Domine [12], satiati supplices deprecamur [13] ut cuius laetamur gustu reparemur [13] effectu. Per Dominum nostrum. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 36. Pam. 216. Leon. 382.

Praesta famulis tuis, Domine, abundantiam [14] protectionis et gratiae; da salutem mentis et corporis; da continua prosperitatis [15] augmenta; et tibi semper fac [16] esse devotos. Per Dominum nostrum.

Feria vii in Quinquagesima.

R. S. Gerb. 36. Pam. 217. cf. Leon. 360.

Observationis huius annua celebritate laetantes, quaesumus, Domine, ut paschalibus actionibus [17] inhaerentes [18], plenis eius effectibus gaudeamus. Per.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris[19], et[20] hoc R. S.
solemne ieiunium, quod animis corporibusque[21] curandis Gerb. 36. Pam. 217.
salubriter institutum est, devoto servitio celebremus. Per. Leon. 322.

Secreta.

Suscipe, Domine, sacrificium, cuius te voluisti dignanter[22] R. S.
immolatione placari; [23] praesta, quaesumus, ut huius opera- Gerb. 36. Pam. 217.
tione mundati, beneplacitum tibi nostrae mentis offeramus Leon. 479.
affectum. Per.

508 **Postcommun.**

Caelestis vitae munere vegetati quaesumus, Domine, ut R. S.
quod est nobis in praesenti vita mysterium, fiat aeternitatis Gerb. 37. Pam. 217.
auxilium. Per. Leon. 382.

Ad Populum.

Fidelibus tuis, Domine, perpetua dona[24] firmentur, ut R. S.
eadem percipiendo te quaerant[25], et quaerendo sine fine Gerb. 37.
percipiant. Per. γ

[1] *Aufers* V. [2] *mentibus* Pam. [3] *exerimus* V.; R. S. Gerb. Pam. as text. [4] *continentiae promptiores* V. (omitting the words in brackets). But *promptiores* may be only an error for *promptioris* (as in S¹ at this point) and it seems best to restore the bracketed words from R. S. Gerb. Pam. Men. [5] Gerb. omits *Domine.* [6] *affectu* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text (perhaps ungrammatically). [7] *exhibemus, mentibus etiam sinceris exercere* Pam. Men. Gerb.; V. R. S. as text. [8] *Domine quaesumus* Pam. Men. [9] *sentiamur* V.; S. Gerb. as text; R. has *sinceris pro confessione sentiamus.* [10] *quaesumus Domine* Pam. [11] *praecipue* V. (probably for *praecipuae,* which is apparently the reading of S¹ as well as of R. Gerb.: Pam. and Men. have the Secret in a much altered form. [12] *Salutari tuo Domine satiati* Leon.; *Salutaris tui* (*tuae* R.) *Domine munere* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [13] *exoramus—renovemur* R. S. Gerb. Pam. Men.; *deprecamur—renovemur* Leon.; V. as text. [14] S² Gerb. insert *tuae*; V. R. S¹ Pam. Leon. as text. [15] *continentiae et prosperitatis* Pam.; *continuae prosperitatis* Leon. [16] *tibi semper eos fac* S² Gerb.; *tibi fac semper* Pam.; V. R. S¹ Leon. as text. [17] *actibus quadragesimalibus* Pam. [18] *inhaerentibus* V.; R. S. Gerb. Pam. as text, which is supported also by the Leonine with *quorum actionibus inhaeremus.* [19] *supplicibus tuis* Leon. [20] *ut* Leon.; *et concede ut* Pam.; V. R. S. Gerb. as text. [21] *corporibus* V.; R. S. Gerb. Pam. Leon. as text. [22] *dignanti* V.; R. S. Gerb. Pam. Leon. as text. [23] Leon. inserts *et.* [24] *Fideles tui Domine* (*Deus* Gerb.) *per tua dona* S² Gerb. (R. has *Fidelis tui . . . perpetua dona*); V. as text. [25] *percipiendo requirant* R. S. Gerb.; V. as text.

XVIII.

ORATIONES ET PRECES. DOMINICA IN QUADRAGESIMA[1]. INCHOANTIS INITIUM.

Concede nobis, omnipotens Deus, ut per annua quadra- R. S.
gesimalis exercitia sacramenti et ad intelligendum Christi Gerb. 37.

Pam. 218. Men. 38. proficiamus arcanum, et affectus[2] eius digna conversatione sectemur. Per.

Pam. 218. Omnipotens sempiterne Deus, qui nobis in observatione ieiunii et eleemosynarum semine posuisti nostrorum remedia peccatorum, concede nos opere mentis et corporis semper tibi esse devotos. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 37. Pam. 218. Men. 37. Sacrificium, Domine, quadragesimalis initii solemniter immolamus, te, Domine, deprecantes, ut cum epularum restrictione carnalium a noxiis quoque voluptatibus[3] temperemur. Per. γ

Postcommun.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 104. Pam. 400. lvii *infra.* Praesta nobis, omnipotens Deus, ut vivificationis tuae gratiam consequentes, in eius munere semper[4] gloriemur. Per. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 37. Pam. 218. Men. 38. Leon. 482. xxvi *infra.* Super populum[5] tuum, Domine, quaesumus, benedictio copiosa descendat [indulgentia veniat[6]], consolatio tribuatur, fides sancta succrescat, redemptio sempiterna firmetur. Per Dominum nostrum. γ

Feria ii in Quadragesima. 509

R. S. Gerb. 38. Sanctifica, Domine, quaesumus, nostra ieiunia, et cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per. γ

xix *infra.* xxv *infra.* xxviii *inf.* Pam. 342. Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem et corporibus mederis et mentibus, maiestatem tuam suppliciter exoramus ut pia ieiunantium precatione placatus et praesentia nobis subsidia praebeas et aeterna. Per. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 38. Pam. 219. Men. 39. xxvii *infra.* Accepta tibi sit, Domine, nostrae devotionis oblatio, quae et ieiunium nostrum, te operante, sanctificet, et indulgentiam nobis tuae consolationis obtineat. Per.

Postcommun.

Men. 51. Pam. 235. Leon. 448. Quaesumus, omnipotens Deus, ut inter eius numeremur membra, cuius corpore[7] communicamus et sanguine[7]. Per. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 38. Pam. 219. Men. 39. Leon. 482. Esto, Domine, propitius plebi tuae, et temporali consolatione non deseras quam vis ad aeterna contendere. Per.

Feria iii.

Da quaesumus, Domine, nostris effectum ieiuniis salutarem[8], ut castigatio carnalis[9] assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per Dominum. γ Men. 46. R.S.(*alibi.*) Gerb. 48. Pam. 229. Leon. 479.

Cordibus nostris quaesumus, Domine, benignus infunde ut sicut ab escis corporalibus temperamur[10], ita sensus quoque nostros a noxio[11] retrahamus excessu[11]. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 50. Pam. 230. Men. 48. Leon. 480.

Secreta.

Suscipe, creator omnipotens Deus, quae ieiunantes de tuae munificentiae largitate deferimus; et pro temporali nobis collata[12] praesidio ad vitam converte propitiatus aeternam. Per. R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 40. Men. 40.

Postcommun.

Sumpsimus, Domine, celebritatis annuae votiva sacra-
510 menta: praesta, quaesumus, ut temporalis vitae nobis remedio praeveniant[13] et aeternae. Per. γ R. S. Gerb. 39. Men. 39. Leon. 480.

Ad Populum.

Respice, Domine[14], propitius ad[14] plebem tuam, et quam divinis tribuis[15] proficere sacramentis ab omnibus absolve peccatis. Per Dominum nostrum. R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 41. Pam. 221. Leon. 481.

Feria iv.

Precamur, omnipotens Deus, ut de transitoriis operibus abstinentes[16], ea potius operemur, quibus ad aeterna gaudia consequenda et spes nobis suppetat et facultas. Per. R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 40. Pam. 222. Leon. 480.

Pacem nobis tribue, Domine, quaesumus, mentis et corporis, ut per ieiunium nostrae fragilitatis[17] et manifesti subiiciantur hostes et invisibiles excludantur. Per. R. S. (*Fer. iii.*) Gerb. 39. Pam. 220. Leon. 480.

Secreta.

Sacrificia[18], Domine, propitius[19] ista nos salvent, quae medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per. γ R. S. Gerb. 40. Pam. 221.

Postcommun.

Tuorum nos, Domine, largitate donorum et temporalibus attolle praesidiis, et renova sempiternis. Per. γ Pam. 221. R.S.(*alibi.*) Gerb. 41. II. lxxxv *inf.* Leon. 479.

Ad Populum.

Da, quaesumus, Domine, populis Christianis, et quod profitentur[20] agnoscere, et caeleste[21] munus diligere, quod frequentant. Per. γ R. S. Gerb. 40. Pam. 221. xxiv *infra.*

Feria vi.

Pam. 222. II. lxxxv *infra.* Leon. 480.

Huius nobis parsimoniae, quaesumus, Domine, praebe mensuram, ut quod licentiae carnis auferimus[22] salutarem nobis fructum mentis acquirat. Per.

R. S. Gerb. 41. Pam. (Amb.) 327.

Da, quaesumus, nobis[23], omnipotens Deus, ieiuniorum magnifici[24] sacramenti et digne semper tractare mysteria, et competenter honorare primordia. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 41. Pam. (Amb.) 326. Leon. 476.

Suscipe, quaesumus, Domine, devotorum munera famulorum, et tuis[25] divinis purifica servientes pietate mysteriis, quibus etiam iustificas ignorantes. Per.

Postcommun. 511

R. S. Gerb. 41. Leon. 481.

Praesta, quaesumus, Domine, spiritalibus gaudiis nos repleri; ut quae actu gerimus mente sectemur. Per.

Ad Populum.

R. S. Gerb. 41. Leon. 372.

Plebs tua, Domine, quaesumus, benedictionis sanctae munus accipiat, per quod et noxia quaeque declinet, et optata reperiat. Per.

Feria vii.

Pam. 224.

Deus, qui nos gloriosis remediis in terris adhuc positos iam caelestium rerum facis esse consortes, tu, quaesumus, in ista qua vivimus nos vita guberna, ut ad illam in qua ipsa es lucem perducas. Per Dominum nostrum.

Pam. 225.

Reparet nos, quaesumus, Domine, semper et innovet tuae providentia pietatis, quae[26] fragilitatem nostram et inter mundi tempestates proteget et gubernet, et in portum perpetuae salutis inducat. Per.

Secreta.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 35.

Haec, quae[27] nos reparent, quaesumus, Domine, beata mysteria[28] suo munere dignos efficiant. Per Dominum.

Postcommun.

R. S. Gerb. 42. Leon. 416.

Perpetuo, Domine, favore prosequere quos reficis divino mysterio, et quos[29] imbuisti caelestibus institutis, salutaribus comitare solatiis. Per.

Ad Populum.

Fideles tuos, Domine, benedictio desiderata confirmet, quae eos et a tua voluntate nunquam faciat discrepare, et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per. R. S. Gerb. 42. Pam. 224. Leon. 441. lxii *infra*.

[1] *Quadragensima* V.; Tommasi, however, notes that V. reads *quadragesimae*, and this may be the true reading, *inchoantis* being connected with *quadragesimae*, and *initium* an ungrammatical accusative. [2] *effectus* S[2] Gerb. Pam. Men.; *affectos* S[1]; V. R. as text. [3] *voluntatibus* R. S[2]; V. Gerb. Pam. Men. as text. [4] *in tuo semper munere* R. S. Gerb. Pam. V. (lvii *infra*); V. here as text. [5] *In populum* Men. [6] V. here omits *indulgentia venial*, which is restored from Leon. R. S. Gerb. Pam. Men. and xxvi *infra*. [7] *corpori . . . sanguini* Leon. Pam. Men.; V. has *corpore . . . sanguinem*. [8] *nostrae affectus ieiunii salutare* V.; R. S. Gerb. Pam. Men. Leon. as text. [9] *carnis* R. S. Gerb. Pam. Men. Leon.; V. as text. [10] *temperemur* S[1]; *temperamus* Leon.; *abstinemus* S[2] Gerb. Pam. Men.; V. R. as text. [11] *noxiis . . . excessibus* S. Gerb. Men. Pam.; V. R. Leon. as text. [12] *collato* Gerb.; V. R. S. Men. as text. [13] *remedia praebeant* S[2] Gerb. Leon.; *remedio proveniant* Men.; V. R. S[1] as text. [14] Gerb. omits *Domine* and *ad*. [15] *tribues* V.; R. S. Gerb. Pam. Leon. as text. [16] Leon. reads *opibus* (*operibus* in Mur.) and omits *abstinentes*. [17] *ut nostrae fragilitati* (omits *per ieiunium*) Leon.; V. R. S. Gerb. Pam. as text. [18] Pam. inserts *quaesumus*. [19] *propensius* S[2] Gerb.; V. R. S[1] Pam. as text. [20] *quos providentur* V.; R. S. Gerb. Pam. as text. [21] *ad caelesti munus* V; R. inserts *ad*; S. Gerb. Pam. as text. [22] *auferamus* Leon. [23] *nobis quaesumus* R. S. Gerb. Pam. (Amb.). [24] *magnifice* V.; R. S. Gerb. Pam. (Amb.) as text. [25] *tua* S[2] Gerb.; Pam. (Amb.) omits *tuis*; V. R. S[1] Leon. as text. [26] *providentiae pietatisque* V.; Pam. as text. [27] *Haecque* S[1]; *Haec* S[2] Gerb.; V. R. as text. [28] S[2] Gerb. insert *et*. [29] V. omits *quos*.

XIX.

ISTAE ORATIONES QUAE SEQUUNTUR PRIMO SABBATO IN MENSE PRIMO SUNT DICENDAE.

Orationes et preces in xii lectiones mense primo.

Deus qui delinquentes perire non pateris, donec convertantur[1] et vivant, debitam, quaesumus, peccatis nostris R. S. Gerb. 42. Pam. 223.
512 sus•pende vindictam, et praesta propitius ne dissimulatio Men. 42. Leon. 410.
cumulet ultionem, sed potius per ieiunium emendatio prosit ad veniam. Per Dominum nostrum.

Omnium nostrum[2] Domine quaesumus ad te corda converte, et[3] ab his quibus offenderis abstinentes, non iram tuam sed misericordiam sentiamus. Per. Leon. 412.

Ieiunia, quaesumus, Domine, nos sacrata laetificent, ut imbecillitati nostrae tribuatur[4] auxilium, et mentibus desideratus virtutum succedat affectus. Per Dominum.

Adesto, quaesumus, omnipotens Deus, ac[5] ieiunio corporali mentem nostram operibus tuorum refice mandatorum. Per Dominum.

xxvi *infra.* Da nobis observantiam, Domine[6], legitima devotione perfectam, ut cum[7] refrenatione carnalis alimoniae, sancta tibi conversatione placeamus. Per.

Pam. 342. xviii *supra.* xxv *infra.* xxviii *inf.* Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis et mentibus, maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut pia ieiunantium precatione placatus, et temporalia subsidia nobis tribuas[8] et[9] aeterna. Per. γ

[1] *pateris, sed expectas ut convertantur* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. Leon. as text. [2] *nostrorum* V.; Leon. as text. [3] *ut* Leon. [4] *tribuantur* V. [5] *ad* V. (corr. by Tommasi). [6] *Domine quaesumus observantiam* V. in xxvi *infra.* [7] V. xxvi *infra* omits *cum*: here as text. [8] *praebeas* V. in xviii *supra*, xxv *infra*, Pam. [9] V. omits *et* here, but has it in xviii *supra.*

XX.

ORDO[1] QUALITER IN ROMANA SEDIS APOSTOLICAE ECCLESIA PRESBYTERI, DIACONI, VEL SUBDIACONI ELIGENDI SUNT.

Martène lib. I. cap. viii. Gerb. ii. 40. *Mensis primi, quarti, septimi et decimi*[2] *Sabbatorum die in xii lectiones*[3] *ad sanctum Petrum, ubi missas*[4] *celebrantur, postquam antiphonam ad introitum dixerint, data oratione annuntiat*[5] *pontifex in populo*[6] *dicens:*

Auxiliante Domino Deo et Salvatore nostro Iesu Christo.

Iterum iterum[7] *dicit:*

Auxiliante Domino Deo et Salvatore nostro Iesu Christo, elegimus in ordine[8] diaconii[9] *sive* presbyterii[10] *illum* subdiaconum *sive* diaconum de titulum *illum*[11]. Si quis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo[12] et propter Deum[12] cum fiducia exeat et dicat. Verumtamen memor sit communionis suae. γ

Et post modicum intervallum mox incipiant[13] *omnes*
Kyrie eleison[14] *cum litania.* *Hac expleta ascendunt ipsi* 513
electi ad sedem pontificis, et benedicit eos a quo[15] *vocati sunt, et descendunt. Stant in ordine suo*[16] *benedictione percepta.* Per Dominum[17]. *Sequitur oratio de Benedictione. Require ipsam in quarto aut decimo mense.*

Ad ordinandos presbyteros[18].

Miss. Franc. 607. Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos ad presbyterii munus elegit,

caelestia dona multiplicet, et quae eius dignatione [19] suscipiunt [20] eius [21] exequantur [22] auxilio. Per [23] Dominum. γ

Martène lib. I. cap. viii.
*Gerb.ii.41.
Leon. 424.

Exaudi nos, Deus salutaris noster [24], et super hos famulos tuos benedictionem [25] sancti Spiritus et gratiae sacerdotalis effunde virtutem, ut quos tuae pietatis aspectibus [26] offerimus consecrandos perpetua muneris tui largitate prosequaris [27]. Per. γ

Consecratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, honorum [28] omnium dignitatum quae tibi militant distributor [29], per quem [30] proficiunt universa, per quem [30] cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturae rationalis incrementis [31] per ordinem congrua ratione [32] dispositum: unde [33] sacerdotales [34] gradus, et officia Levitarum sacramentis mysticis instituta creverunt, ut, quum pontifices summos regendis populis praefecisses, ad eorum societatis et operis adiumentum sequentis ordinis viros et secundae dignitatis eligeres [35]. Sic in eremo per lxx virorum prudentium mentes [36] Moysi spiritum propagasti, quibus ille adiutoribus usus in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic et Eleazaro et Ithamar filiis Aaron [37] paternae plenitudinis [38] abundantiam transfudisti, ut [39] ad hostias salutares [et frequentioris [40]] officii sacramenta [41] sufficeret meritum [42] sacerdotum. Hac providentia Domine apostolis Filii tui doctores fidei [43] comites addidisti, quibus illi [44] orbem totum secundis praedicatoribus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostrae, Domine, quae-
514 sumus [45], • haec adiumenta largire, qui quanto [46] magis fragiliores sumus tanto his plurius [47] indigemus. Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hos famulos tuos [48] presbyterii dignitatem: innova in visceribus eorum spiritum sanctitatis, ut [49] acceptum a te, Deus, secundum [50] meriti munus obtineant [51], censuramque morum exemplo suae conversationis insinuent [51]. Sint providi cooperatores nostri ordinis [52]; luceat in eis [53] totius forma iustitiae, ut bonam rationem dispensationis sibi creditae reddituri [54] aeternae beatitudinis praemia [55] consequantur. Per. γ

Consummatio presbyteri[56].

Sit nobis, fratres, communis oratio ut hi qui in adiutorium et utilitatem vestrae salutis eliguntur presbyteratus benedictionem divini indulgentia muneris consequantur, ut sancti Spiritus sacerdotalia[57] dona privilegio virtutum ne impares[58] loco deprehendantur obtineant. Per suum. Per.[59] γ

Item Benedictio.

Sanctificationum[60] omnium auctor, cuius vera consecratio, cuius[61] plena benedictio est, tu, Domine, super hos famulos tuos quos presbyterii honore[62] dedicamus, manum tuae benedictionis[63] infunde, ut gravitate actuum et censura vivendi[64] probent[65] se esse[66] seniores, his[67] instituti disciplinis, quas Tito et Timotheo Paulus exposuit[68], ut in lege tua die ac nocte, omnipotens[69], meditantes, quod legerint[70] credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur; iustitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem in se ostendant, et exemplo probent, admonitionem confirment[71], ut purum atque immaculatum ministerii tui[72] donum custodiant, et per[73] obsequium plebis tuae corpus et sanguinem Filii tui immaculata benedictione[74] transforment, et inviolabili caritate[75] in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, in die iustitiae et aeterni iudicii[76] conscientia[77] pura, fide plena, Spiritu sancto pleni persolvant[78]. Per. γ

[1] The forms for Ordination contained in V. are curiously broken up. See, besides this and the following sections, sections xcv, xcvi, xcix *infra*. The text of V. has been here corrected by a comparison with the following sources:—

(*a*) The text given by Gerbert (vol. ii. p. 140 sqq.) from a Zürich MS. (saec. ix circ.).

(*b*) The *Missale Francorum*. (See Muratori, *Lit. Rom. Vet.* vol. ii.)

(*c*) Three of Martène's Ordines, numbered by him ii, iii, iv (*De Ant. Eccl. Rit.* lib. I. cap. viii). Of these the first is taken from the Pontifical of Egbert, the second from the Jumièges MS., the third in the main from the Gellone MS. In the following notes these are cited respectively as Egb., Gem., and Gell., except where Martène notes a variation among the three MSS. employed for the last *Ordo*.

(*d*) The Leonine Sacramentary. The readings of this are as a rule only noted where they differ from the text: when it is not cited, it agrees with the text, save in spelling or punctuation.

[2] Egb. has *Mensis primi hebdomada secunda, quarti hebdomada secunda, septimi hebdomada tertia, decimi hebdomada quarta*: Martène's *Ordo* iv inserts (after *decimi*) *feria quarta et sexta scrutandi sunt ipsi electi secundum canones, si digni sunt hoc onus fungi*, but these words are omitted in the Codex Gellonensis, which thus, with V. Gem. Gerb., reads as the text. [3] *lectiones*, so V. (ungrammatically); Martène's Ordines have *lectionibus*. [4] So V. Gell. (ungrammatically); *missae* Egb. Gem.; *missa celebratur* Gerb. [5] Gem. here inserts a form for the presentation of the candidates for Ordination by the archdeacon. *annuat* Egb.; *adnunciet* Gem.; V. Gell. Gerb. as text. [6] *in*

populum Egb.; *populum* Gem.; V. Gell. Gerb. as text. [7] Gem. Gell. Gerb. omit the second *iterum*; Egb. omits the repetition of the words *Auxiliante—Christo*; V. as text. [8] *in ordinem* Egb. Gem. Gell.; V. Gerb. as text (ungrammatically). [9] *diaconi* V. Egb. Gem. Gerb.; Gell. as text. [10] *presbyteri* Gem. Gerb.; V. Egb. Gell. as text. [11] So V. (ungr.); the rest have *de titulo illo*. Gem. adds *illum presbyterum ad titulum*. [12] *Domino—Dominum* Gerb. [13] *incipiunt* Egb. Gem. Gerb.; Gell. omits *mox*. [14] In one or more of the MSS. used by Martène for his Ordo iv the words *novem vicibus* are inserted here. [15] *ad quod* Egb. Gem. Mart. iv; V. Gerb. Mart. iv (marg.) as text. [16] *descendentes stant in ordine suo* [*sua* Egb.] Egb. Gem.; *discedentes stant in ordine suo* Gell.; V. Gerb. as text. [17] The words *Per Dominum* and the rubric following appear only in V. They are, as Tommasi suggests, misplaced, and should be connected, not with the preceding rubric, but with the *Orat. in xii Lect.* (see lxxxiii, and II. lxxxv, *infra*). [18] The prayers which follow in V., like those in Leon., refer to more than one ordinand; in the other texts they contemplate one only, but there are here and there indications of their being copied from forms worded in the plural. [19] *qui eius dignationem* Gem. Gerb.; *quibus quod eius dignatione* Leon.; V. Miss. Franc. Egb. Gell. as text. [20] *suscepit* Gem.; *suscipiunt* Miss. Franc. Gerb. [21] *ipsius* Egb. Gell.; *et eius* Gerb.; V. Miss. Franc. Gem. as text. [22] *exequantur* Miss. Franc. Gerb. [23] *auxiliante Domino nostro I. C.* Egb. Gell. [24] *Domine Deus noster* Gem. Gell. Gerb.; *Domine Deus salutaris noster* Egb.; V. Miss. Franc. as text. [25] *benedictione* Miss. Franc. (ungrammatically). [26] *suspectibus* Miss. Franc. [27] *consequantur* V.; *consequaris* Gerb.; Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. as text. [28] *honorum omnium et* Leon. (*bonorum* ed. Mur.); Egb. Gem. Gell. Gerb. insert *auctor. et distributor*; V. Miss. Franc. as text. [29] Gerb. omits *quae tibi militant distributor*; Egb. Gem. Gell. omit *distributor*; V. Miss. Franc. as text. [30] *per te* Gem. [31] *amplificantes . . . incrementi* V. [32] *congruam rationem* Miss. Franc. (ungrammatically). [33] Egb. Gem. Gell. Gerb. insert *et*. [34] *sacerdotalis* (? for *sacerdotales*) V. Gell.; *sacerdotales* Miss. Franc. Egb. Gem. Gerb. [35] *elegeris* V. Leon. (ed. Ball.) Miss. Franc. Gem. Gerb. (prob. for *eligeres*, which Tommasi substitutes here). [36] *mentem* Gem. Gerb. [37] Gerb. omits *filiis Aaron*. [38] *beatitudinis* Gerb. [39] *et* V. Miss. Franc.; Egb. Gem. Gell. Gerb. as text. [40] V. omits *et frequentioris*, which all the other texts have. [41] *sacrum* (for *sacramenta*) Gem. [42] *ministerium* Egb. Gem. Gell. Gerb.; V. Miss. Franc. Leon. as text. [43] Gerb. inserts *presbyterii*. [44] *illis* V. [45] Egb. Gell. omit *quaesumus*. [46] *quia quanto* Egb. Gem. Gell.; *qui tanto* Miss. Franc.; V. Gerb. as text. [47] *plurius*, so V. Miss. Franc. (perhaps for *pluribus*, which is the reading of the other texts). [48] *in hoc famulo tuo illo* Miss. Franc. (ungrammatically). [49] *et* Egb. Gell.; Miss. Franc. Gerb. Leon. omit *ut*; V. Gem. as text. [50] *secundi* Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. Leon.; V. Gerb. as text. [51] *obtineant . . . insinuent* Gerb. [52] *sint probi cooperatores ordinis nostri* Gerb. Leon.; *sit probus cooperator ordinis nostri* Gell.; *sit providus cooperator ordinis nostri* Miss. Franc. Egb. Gem.; V. as text. [53] *eluceat in eum* Miss. Franc. Gerb.; *eluceat in eo* Egb. Gem.; *eluceat in eis* Leon.; *et luceat in eo* Gell.; V. as text. [54] *sibi credituri* Gerb. [55] Gell. omits *praemia*. [56] Gerb. Leon. do not give this form or that which follows it. Gem. inserts before them some other forms. [57] *sacerdotali* Miss. Franc. [58] *imparis* (perh. for *impares*) Gell. [59] Both V. and Miss. Franc. have this ending; Egb. Gell. have *Per*; Gem. *Per Dominum*. [60] *Deus sanctificationum* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. as text. [61] *cuius* is found in V. only. [62] *ad presbyterii honorem* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. as text. [63] Miss. Franc. inserts *eum*. [64] *videndi* V.; Gell. omits *et censura vivendi*. [65] *praebeat* Egb. [66] Gell. inserts *omnium*. [67] *sit* (for *his*) Gem. [68] *instituit* Gell. [69] *in lege tua omnipotens Deus die ac nocte* Gell. [70] *elegerent et* V.; *elegerit* Miss. Franc.; *legerit* Egb. Gem. Gell. [71] *exemplum probet; admonitionem confirmet* Miss. Franc.; *exemplum praebeat, admonitionem confirmet* Egb.; *exemplum praebeat, admonitione confirmet* Gem.; *ostendat, probet, admonitione confirmet* Gell.; V. as text, perh. ungrammatically. [72] Gell. omits *tui*. [73] Gell. omits *per*. [74] Egb. omits *benedictione* and reads *immaculati*. [75] *ut inviolabilem caritatem* Egb. Gell.; Gell. inserts *et*. [76] *iustitiae aeternae iudicii* V.; *iusti et aeterni iudicii* Gell.; Miss. Franc. omits *et*; Egb. Gem. as text. [77] *constantia* V. [78] *appareat* Gem.

XXI. 515

Capitulum sancti Gregorii Papae [1].

Gerb. ii. 40. Martène lib. I. cap. viii.

Sicut qui invitatus renuit, quaesitus refugit, sacris altaribus est removendus [2], sic qui ultro ambit, vel importunus se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad altiora conscendere [3] quid agit nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpenditur [4], quia benedictio illi [5] in maledicto [6] convertitur, qualiter [7] ad hoc ut fiat haereticus promovetur [8].

[1] This *capitulum* is found in Gerb. and in the three Ordines of Martène, cited for the last section: Gem. Gerb. continue the extract. [2] *removendus* is the reading of all the texts cited, as well as of V.; the Benedictine editors of S. Gregory propose to read (in Menard's Sacramentary) *admovendus*, which is supported by the MSS. of S. Gregory's Letters: but the reading of the text seems to have been established in the Sacramentaries. [3] Egb. inserts *indignus*. [4] *perpendit* Egb. Gem. Gell.; V. Gerb. as text. [5] *illa* Egb. [6] *in maledictum* Egb. Gem. Gerb.; *in maledictionem* Gell.; V. as text (ungrammatically). [7] *qui* Egb. Gell.; *quia* Gem. Gerb.; V. as text, but probably erroneously. [8] V. adds *Per*.

XXII.

Ad ordinandos diaconos [1].

A. Miss. Franc. 664. Gerb. ii. 40. Martène lib. I. cap. viii. Leon. 423.

Oremus [2], dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem ut [3] super hos famulos suos quos ad officium diaconatus vocare dignatur [4], benedictionem gratiae suae [5] clementer effundat [6], et consecrationis adultae propitius dona conservet [7]. γ

Oremus.

Sequitur oratio [8].

Domine Deus [9] preces nostras clementer exaudi, et [10] quae [11] nostro gerenda sunt servitio [12] tuo [13] benignus prosequaris [13] auxilio, et quos sacris ministeriis [14] exequendis pro nostra intelligentia [15] credimus offerendos tua [13] potius electione iustifices [13]. γ

Consecratio.

Adesto, quaesumus [16], omnipotens Deus, honorum dator [17], ordinum distributor, officiorumque [18] dispositor, qui in te manens innovas omnia, et cuncta disponis [19] per Verbum, Virtutem, Sapientiamque tuam Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, sempiterna providentia [20] praeparas, et singulis quibusque temporibus [21] aptanda [22] dis-

pensas: cuius corpus, ecclesiam tuam, caelestium gratiarum varietate distinctam[23], suorumque connexam[23] discretione[24] membrorum, per legem totius mirabilem[25] compagis[26]
516 uni·tam, in augmentum templi tui crescere, dilatarique
largiris, sacri muneris servitutem[27] trinis gradibus ministrorum nomini tuo militare[28] constituens[29]: electis[30] ab initio Levi filiis, qui[31] mysticis operationibus domus tuae fidelibus excubiis permanentes, haereditatem benedictionis aeternae sorte perpetua possiderent. Super hos quoque famulos tuos, quaesumus, Domine, placatus intende, quos tuis sacris[32] servituros in officium diaconii[33] suppliciter dedicamus. Et nos quidem tanquam homines divini sensus et summae rationis ignari[34] horum vitam quantum possumus aestimamus. Te autem Domine[35], quae a nobis sunt ignota non transeunt, te occulta[36] non fallunt. Tu cognitor peccatorum[37], tu scrutator es animarum[38]: tu[39] veraciter in eis[40] caeleste potes adhibere iudicium et velut[41] indignis donare quae poscimus. Emitte[42] in eos, quaesumus, Domine[43], Spiritum sanctum, quo[44] in opus ministerii fideliter exequendi munere septiformis tuae gratiae[45] roborentur. Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta[46], pudor constans innocentiae et spiritalis observantia disciplinae[47]: in moribus [eorum[48]] praecepta tua fulgeant, ut suae castitatis exemplo imitationem[49] sanctae plebis[50] acquirant, et bonum conscientiae testimonium praeferentes[51] in Christo[52] firmi et stabiles perseverent, dignisque successibus[53] de inferiore gradu per gratiam tuam potiora capere[54] mereantur[55]. Per. γ

[1] The text of V. has been here compared with the same texts cited for section xx, and also, as regards the first bidding prayer and the prayer following, with A., which contains that portion only. As in sect. xx the readings of Leon. correspond with the text where it is not cited by name. As in sect. xx, the forms in the other texts (Leon. excepted) are for the most part worded in the singular number.

[2] In Miss. Franc. and in A. this form and the prayer following are combined into one longer 'bidding prayer,' and a similar combination is found in Egb. and in Codex Gellonensis. In Gem. both appear separately (with variations), the prayer *Domine Deus* being given as an alternative for one which takes its place in Egb. and Gerb. The arrangement of Martène's Ordo iv agrees with that of V.

[3] Gerb. Gell. omit *ut*.

[4] *quem in sacrum ordinem diaconatus officii dignatus es assumere* Egb. Gem.; *quem in sacro ordine dignatus es assumere* Gerb.; V. Miss. Franc. A. as text (so also Leon., except for the reading *Diaconii*, and Gell., except for the reading *dignatus est*).

[5] *benedictionis suae gratiam* Egb. Gem. Gerb.; *benedictionem gratiae* Miss. Franc.; V. A. Gell. as text.

[6] *infundat* Gem.

[7] *eique donum consecrationis propitius indulgeat* Egb. Gem. and (omitting *propitius*) Gerb.; V. A. as text. Similarly Miss. Franc. (reading *adulta*), and Leon. and Gell. (reading *indultae*). After *conservet* Miss. Franc. and A.

proceed *ut preces nostras clementer exaudiat et quae*, &c.; similarly Egb. and Codex Gellonensis. The endings of the 'bidding prayer' in Egb. Gem. Gerb. differ both from V. and from one another. [8] This prayer is omitted by Egb. and Gerb.; Leon. also omits it, substituting another. [9] Gem. and Martène's Ordo iv insert *omnipotens*. [10] *et* Miss. Franc. A. [11] *quos* V. [12] *nostro sunt gerenda servitio* Miss. Franc. Gem. Mart. iv; *nostras gerenda servitio* A. [13] *suo . . . prosequatur . . . sua . . . iustificet* Miss. Franc. A. [14] *mysteriis* A. Gem. [15] *pro nostram intelligentiam* V. (corr. by Tommasi). [16] Egb. Gell. insert *Domine*. [17] *bonorum dator* Leon. (ed. Mur.); *honorum datum* V. [18] *et officiorum* Gerb. [19] *disponens* Leon. Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. Gerb. as text. [20] *sempiternam providentiam* V.; the rest as text. [21] *temporalium* (for *temporibus*) V.; the rest as text. [22] *apta* Gem. [23] *distincta . . . connexa* V.; the rest as text. [24] *distinctione* Gerb. Leon. [25] *mirabilem totius* Egb. Gem. Gell. Gerb.; V. Leon. Miss. Franc. as text. [26] *compaginis* Gem. Gerb. [27] *sacri muneris servientem* V. Miss. Franc.; *sacri muneris virtutem* Gerb.; Leon. Egb. Gem. Gell. as text. [28] *ministrare* Gem. [29] *constitues* V. [30] *electi* V. [31] Egb. Gell. insert *in*. [32] *sacrariis* Leon. (ed. Ball.) Egb. Gem. Gell. Gerb.; V. Miss. Franc. as text. [33] *diaconatus* Gem. Gerb. [34] *ignorare* V.; *signare* Miss. Franc.; Egb. Gem. Gell. Gerb. as text. [35] Egb. Gem. Gell. Gerb. insert *ea*. [36] *nota* V.; the rest as text. [37] *pectorum* Miss. Franc.; *es secretorum* Gem. Gerb.; *secretorum* Egb.; V. Gell. Leon. as text. [38] *cordium* Egb. Gem. Gerb.; *animorum* Leon.; V. Miss. Franc. Gell. as text. [39] Egb. Gem. Gerb. have (in place of *tu veraciter—poscimus*) the following:—*tu eius vitam caelesti poteris examinare iudicio, quo semper praevales et admissa purgare, et ea quae sunt agenda concedere.* [40] *in eum* Miss. Franc. Gell.; V. as text, perhaps for *eos*. [41] *velut* so V. Miss. Franc. Gell. probably for *vel*. Leon. (ed. Mur.) has *ut vel*. [42] *Et mitte* V. [43] *Domine quaesumus* Egb. Gem. Gerb. Leon. [44] Miss. Franc. omits *quo*; Gerb. has *quod*. [45] *septiformis gratiae tuae munere* Egb. Gem. Gell. Gerb. (Gem. Germ. omit *tuae*); V. Miss. Franc. as text. [46] *modestia* Miss. Franc. [47] *innocentiae puritas, et spiritalis observatio disciplinae* Egb. Gem. Gell. Gerb. Leon.; V. Miss. Franc. as text. [48] V. omits *eorum*, which is restored from Miss. Franc. and the others which read *eius* or *eorum*. [49] *imitatione* V. Miss. Franc. (ungrammatically); Leon. and the rest as text. [50] *sancta plebs* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. Gerb. as text. [51] *perferens* Miss. Franc.; *proferens* Egb. Gem. Gell.; *proferentes* Gerb.; V. as text. [52] Gerb. omits *in Christo*. [53] *successionibus* Miss. Franc. [54] *capere potiora* Egb. Gem. Gell. Gerb. Leon.; V. Miss. Franc. as text. [55] *mereamur* Miss. Franc.

[XXIII [1].]

AD CONSUMMANDUM DIACONATUS OFFICIUM [2].

Miss. Franc. 666. Martène lib. I. cap. viii.

Commune votum [3] communis oratio prosequatur, ut hi [4] totius ecclesiae prece qui in diaconatus ministerio [5] praeparantur Leviticae benedictionis [ordine clarescant [6]] et spiritali conversatione praefulgentes gratia [7] sanctificationis eluceant. Per. γ

Sequitur benedictio.

Domine sancte [8], spei, fidei, gratiae et [9] profectuum munerator, qui in caelestibus et terrenis angelorum ministeriis [10] ubique dispositis per omnia elementa voluntatis
*tuae diffundis [11] affectum, hos quoque famulos tuos [*nomina*] [12] speciali dignare [illustrare] [13] aspectu [14]; ut tuis 517

obsequiis expediti sanctis altaribus ministri puri accrescant, et indulgentia puriores [15], eorum gradu, quos apostoli tui in septenarium numerum [16], beato Stephano duce atque praevio, Spiritu sancto auctore elegerunt, digni existant, et virtutibus universis, quibus tibi servire oportet instructi complaceant [17]. Per. γ

[1] These two forms are (in V.) apparently reckoned, though not actually numbered, as a separate section, while the parallel forms for presbyters are included in sect. xx. Like those parallel forms, they are absent from Leon. and from Gerbert's MS. They have been compared with Missale Francorum, and with Martène's three Ordines (see note on sect. xx, *supra*). [2] *officia* V.; *officio* Gell.; *ad conservandum diaconatus officii* Egb.; Gem. Gell. as text: so (abbreviated) Miss. Franc. [3] Gem. inserts *permaneat.* [4] *et is* Egb. [5] *in Diaconatus ministerii* Miss. Franc.; *in diaconatus officii ministerio* Egb.; V. Gell. as text (perhaps ungrammatically); Gem. reads *ministerium.* [6] V. Miss. Franc. omit *ordine clarescant,* which is restored from Egb. Gem. Gell. [7] *per gratiam* Gem. [8] *sanctae* V.; the rest as text. [9] V. omits *et.* [10] *ministeriis angelorum* Egb. Gell. [11] *defundas* V.; *defendes* Miss. Franc.; Egb. Gem. Gell. as text. [12] V. has *tuos nostris speciali,* which Tommasi proposes to correct by the substitution of *nomina* for *nostris.* This is supported by the other texts, which indicate the mention of names at this point. [13] V. omits *illustrare* which is supplied from the other texts. [14] *affectu* Egb. Gem. [15] *indulgentiae prioris* Egb. [16] *in septenario numero* Miss. Franc. Egb.; V. Gem. Gell. as text. [17] *compleat* Miss. Franc.; *polleat* Gem.; *complaceat* Egb. Gell.; V. as text.

XXIV.

ITEM ORATIONES ET PRECES AD MISSAM.

Exaudi, Domine, supplicum preces, et devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi, ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per. Leon. 412. Miss. Franc. 665.

Secreta.

Tuis Domine quaesumus operare mysteriis, ut haec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per.

VD. Qui [1] rationabilem creaturam ne [2] temporalibus dedita bonis ad praemia sempiterna non tendat [3] ea dispensatione dignaris erudire [4], ut nec castigatione [5] deficiat [6] nec prosperitatibus insolescat [6], sed [7] hoc potius fiat ejus gloriosa devotio, quo [8] nullis adversitatibus obruta superetur [9]. Per quem maiestatem tuam. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 33. Pam. 554. Men. 33. Leon. 412.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro famulis *tuis, quos ad presbyterii, vel diaconatus, gradus promovere dignatus es, quaesumus, Domine, placatus suscipias: et Cf. Miss. Franc. 673.

quod eis divino munere contulisti, in eis propitius tua dona custodi. Per Christum Dominum nostrum. Quam.

Postcommun.

S. (*alibi.*) Gerb. 53. xxvi *infra.*

Hos quos reficis Domine[10] sacramentis attolle benignus auxiliis, et tuae redemptionis effectum et mysteriis capiamus et moribus. Per.

Ad Plebem.

R. S. (*Fer. iv.*) Gerb. 40. Pam. 221. xviii *supra.*

Da quaesumus Domine populis Christia-nis et quod[11] 518
profitentur agnoscere, et caeleste munus diligere quod frequentant. Per. γ

[1] R. S. Gerb. Pam. Men. give this Preface for Sexagesima: Leon. has it among the forms for the *Ieiunium Mensis Septimi*. [2] *nec* V. R. (S[1]!); Leon. as text. [3] *contendat* (for *non tendat*) V. R. S.; Leon. as text. [4] *erudi* V. R. S[1]; Leon. as text. [5] *et nec castigationem* V. [6] *deficiant . . . insolescant* V. [7] *sunt* V. [8] *quod* Leon. [9] *superatur* S[2] Gerb. [10] *Hos Domine quos reficis* S. Gerb., and V. in xxvi *infra*. [11] *quos* V.; R. S. Gerb. Pam. as text.

XXV.

SECUNDA DOMINICA IN QUADRAGESIMA.

Praesta nobis, omnipotens Deus, ut quia vitiis subiacet nostra mortalitas, tua nos et medicina purificet, et potentia tueatur. Per Dominum.

R. S. Gerb. 43. III. x *infra.*

Praesta nobis, misericors Deus, ut placationem tuam promptis mentibus exoremus, et peccatorum veniam consequentes, a noxiis[1] liberemur incursibus. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 43. Pam. 225. Men. 43. Leon. 478. II. lxxxv *infra.*

Ecclesiae tuae, Domine, munera placatus assume, quae et misericors offerenda tribuisti, et in[2] nostrae salutis potenter efficis transire mysterium. Per.

Postcommun.

R. S. Gerb. 43. Pam. 225. Men. 43.

Refecti, Domine, pane caelesti, ad vitam, quaesumus, nutriamur aeternam. Per. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 43. Pam. 225. Men. 43.

Familiam tuam, quaesumus, Domine, propitiatus illustra, ut beneplacitis inhaerendo, cuncta quae bona sunt mereatur accipere. Per. γ

Feria ii Hebdom. Secunda.

Tuis, quaesumus, Domine, adesto supplicibus, et inter mundanae pravitatis insidias, fragilitatem nostram sempiterna pietate prosequere. Per Dominum. Men. 44. III. xiv *infra.*

R. S. Gerb. 44. Pam. 226.

Ecclesiam tuam, Domine, perpetua miseratione prosequere, ut inter saeculi turbines[3] constituta et praesenti iocunditate respiret et aeternae beatitudinis [dona][4] percipiat. Per. γ

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 47 [46]. Pam. 228. Leon. 359.

Secreta.

Concede nobis haec, quaesumus, Domine, frequentare mysteria, quia quoties huius hostiae celebratio commemoratur, opus nostrae redemptionis exercetur[5]. Per. γ

R.S.(*alibi.*) Gerb. 155. Pam. 408. III. v *infra.*

519 **Postcommun.**

Percepta[6], Domine, sancta nos adiuvent, et suis repleant institutis. Per.

R. S. Gerb. 45.

Ad Populum.

Populum tuum, Domine, quaesumus, ad te toto corde converte, quia quos defendis etiam delinquentes maiore pietate tueris sincera mente devotos. Per.

R. S. Gerb. 45. xxxvii *infra.* Pam. 247.

Feria iii Hebdom. Secunda.

Deus, qui ob[7] animarum medelam ieiunii devotione castigare[8] corpora praecepisti, concede ut corda nostra ita pietatis tuae valeant exercere mandata, quatenus ab omnibus possimus semper[9] abstinere peccatis. Per.

R. S. Gerb. 45. see Men. 44. Miss. Goth. 570. Sacr. Gall. 817.

Imploramus, Domine, clementiam tuam, ut haec divina ieiuniorum[10] subsidia a vitiis expiatos ad festa ventura nos praeparent. Per. γ

R.S.(*alibi.*) Gerb. 205. Pam. 226.

Secreta.

Praesentibus sacrificiis, Domine, ieiunia nostra santifica, ut quod observantia nostra profitetur extrinsecus, interius operetur. Per. γ

R.S.(*alibi.*) Gerb. 42. Pam. 224. Men. 42.

Postcommun.

Delicias, Domine, mirabiles mensae caelestis ambimus, quibus ieiunando copiosius saginamur. Per.

R. S. Gerb. 45.

Ad Populum.

Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter expectare ventura, ut[11] mysteriis quibus renati sunt, permanentes, ad novam vitam his operibus perducantur. Per.

R. S. Gerb. 45. xxxvii *infra.*

Feria iv Hebdom. Secunda.

R. S. Gerb. 46. Pam. 227.

Deus, qui per Verbum tuum humani generis reconciliationem mirabiliter operaris, praesta, quaesumus, ut sancto ieiunio et tibi toto simus corde subiecti, et in tua nos efficiamur [12] prece [13] concordes. Per Dominum.

R. S. Gerb. 46. Pam. 227. Men. 45.

*Praesta nobis, Domine, quaesumus, auxilium gratiae 520
tuae, ut ieiuniis et orationibus convenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis et corporis. Per. γ

Secreta.

Gerb. 47. Pam. 227.

Praesente sacrificio nomini tuo nos, Domine, ieiunia dicata sanctificent; et [14] quod observantia nostra profitetur extrinsecus, interius operetur effectus [15]. Per. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 46. Pam. 228. Men. 45.

Gratia tua nos, quaesumus, Domine, non relinquat, quae et sacrae nos deditos faciat servituti, et tuam [16] nobis opem semper acquirat. Per. γ

Ad Populum.

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 47. Pam. 228. Men. 45. Leon. 413.

Adesto, Domine, famulis tuis, et opem tuam largire poscentibus, ut his qui te auctore et gubernatore gloriantur et grata [17] restaures et restaurata conserves. Per.

Feria vi Hebdom. Secunda.

R. S. Gerb. 47. Pam. 228. Leon. 419.

Ad hostes nostros, Domine, superandos, praesta, quaesumus, ut auxilium tuum ieiuniis tibi placitis et bonis operibus impetremus. Per Dominum.

xviii *supra.* xix *supra.* xxviii *inf.* Pam. 342.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem et [18] corporibus mederis et mentibus, maiestatem tuam suppliciter exoramus ut pia ieiunantium precatione placatus et temporalia nobis subsidia praebeas et [18] aeterna. Per. γ

Secreta.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 57. Men. 54.

Efficiatur haec hostia, Domine, quaesumus, solemnibus grata ieiuniis, et ut [19] tibi fiat acceptior, purificatis mentibus immoletur [20]. Per.

Postcommun.

R. S. Gerb. 47. Pam. 247. Men. 61.

Praebeant [21] nobis Domine quaesumus divinum [22] tua sancta fervorem, quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per. γ

Ad Populum.

Adesto, Domine, propitius plebi tuae, et temporali consolatione non deseras quam vis ad aeterna contendere. Per.

521 *Feria vii Hebdom. Secunda.*

Subveni, Domine, servis tuis pro sua iugiter iniquitate R. S.
gementibus, mentesque nostras terrenis affectibus prae- Gerb. 48. Pam. 229.
gravatas medicinalibus tribue exonerare[23] ieiuniis, et cor- Cf. Men. 47.
poris afflictione corrobora[24]. Per Dominum.

Deus, qui profundo consilio, prospiciendo mortalibus, Miss.
sancta instituisti ieiunia, quibus corda languentium salu- Goth. 570.
briter curarentur, tu animam nostram corpusque castifica, corporis animaeque salvator, aeternae felicitatis benigne largitor. Per Dominum.

Secreta.

Domine Deus noster, in cuius spiritalibus castris militat laudanda sobrietas, abstinentia fructuosa et casti pectoris opulenta frugalitas, ieiunantium vota clementer assume, et fidelibus postulatis consueta pietate succurre. Per.

Postcommun.

Sacrae nobis, quaesumus, Domine, mensae libatio et piae R.S. (*alibi.*)
conversationis augmentum et tuae propitiationis[25] con- Gerb. 32. xiii *supra.*
tinuum praestet auxilium. Per Dominum nostrum.

Ad Populum.

Implorantes, Domine, misericordiam fideles populos pro- R. S.
pitius intuere: qui[26] praeter te alium non noverunt, tuis Gerb. 48. Pam. 230.
semper beneficiis glorientur. Per.

[1] *noxios* V. [2] Pam. omits *in.* [3] *turbidinis* V. (S^1?); *turbinis* R.; S^2 Gerb. Pam. Leon. as text. [4] V. R. omit *dona*, which is restored from S; Gerb. has *donum*; Pam. reads *aeternam beatitudinem percipiat*; Leon. *aeternae beatitudinis percipiat claritatem.* [5] *exercitum* V. [6] *Praecepta* V.; R. S. Gerb. as text. [7] *ad* Sacr. Gall. [8] *castigari* S^2 Gerb., and so in the Preface in Men.; V. R. S^1 Miss. Goth. as text. [9] *semper possimus* Sacr. Gall. [10] R. S. Gerb. (placing the prayer as an Advent Postcommunion) omit *ieiuniorum*; V. Pam. as text. [11] S^2 Gerb. insert *in*; V. S^1 as text; R. has *ut ministeriis.* [12] *efficiamus* V. [13] *pace* Gerb.; V. S. Pam. as text; R. has *praede.* [14] *ut* Gerb. Pam.; V. as text. [15] *effectum* Gerb. Pam.; V. as text. [16] Pam. omits *quae—tuam.*; V. R. S. Gerb. Men. as text. [17] *creata* Leon.; *congregata* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. R. S^1 as text. [18] *et* omitted by V. here, is inserted from xviii *supra.* [19] *ut et* V. S^1; R. S^2 Gerb. Men. as text. [20] *immolemur* V.; R. S. Gerb. Men. as text. [21] *Praeveniant* V. R. S.; Gerb. Pam. Men. as text. [22] *divina* V. S.; R. Gerb. Pam. Men. as text. [23] *exonerari* Gerb. Pam., and so in the Preface in Men.; V. R. S. as text. [24] *corroborari* Pam.; V. R. S. Gerb. as text. [25] *protectionis* V. in xiii *supra.* [26] *et qui* R. Pam.; *ut qui* S^2 Gerb.; V. S^1 as text.

XXVI.

Tertia Dominica.

Quae pro scrutiniis electorum celebratur[1].

R. Gerb. 248. Da, quaesumus, Domine, electis nostris digne[2] atque sapienter ad confessionem tuae laudis accedere, ut dignitati pristinae quam originali transgressione perdiderant, per tuam gratiam reformentur. Per.

Secreta.

R. Gerb. 248. Miseratio tua, Deus, ad haec percipienda • mysteria 522
famulos tuos quaesumus, et praeveniat[3] competenter, et devota conversatione perducat. Per.

Infra Canonem, ubi dicit[4]

R. Gerb. 248. Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum, qui electos tuos suscepturi sunt ad sanctam gratiam baptismi tui: et omnium circumadstantium[5]. *Et taces. Et recitantur*[6] *nomina virorum et*[7] *mulierum, qui ipsos infantes suscepturi sunt. Et intras* Quorum tibi fides cognita.

Item infra actionem[8].

R. Gerb. 248. Hanc igitur oblationem, Domine, ut propitius suscipias deprecamur: quam tibi offerimus pro famulis et famulabus tuis, quos ad[9] aeternam vitam et beatum gratiae tuae donum numerare[10], eligere atque vocare dignatus es. Per Christum[11].

Et recitantur nomina electorum. Postquam recensita fuerint, dicis[12] R. Gerb. 248. Hos, Domine, fonte baptismate innovandos, Spiritus tui munere ad sacramentorum tuorum plenitudinem[13] poscimus praeparari. Per[14].

Postcommun.

R. Gerb. 248. xlviii *infra.* xlix *infra.* Adesto, Domine, quaesumus, redemptionis effectibus, ut quos sacramentis aeternitatis instituis, eosdem protegas dignanter aptandos[15]. Per.

Ad Populum.

R. Gerb. 248. Suppliciter, Domine, sacra familia munus tuae miserationis expectat; concede, quaesumus, ut quod te iubente desiderat, te largiente percipiat. Per.

Feria ii Hebdom. Tertia.

Conserva, Domine, familiam tuam bonis semper operibus eruditam, et sic praesentibus consolare subsidiis ut ad superna [16] perducas dona propitius. Per. R. S. Gerb. 50. Pam. 231. Men. 48.

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut abstinentiae nostrae restaurationis exordiis competentem dignis praecurramus officiis. Per [17].

523 **Secreta.**

Haec nos beata mysteria, Deus, principia sua aptos efficiant recensere. [Per.]

Infra actionem, ut supra. Sequitur

Postcommun.

Quos ieiunia votiva castigant, tua, Domine, sacramenta purificent [18]; ut, terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus. Per. R. S. Gerb. 50, 134.

Ad Populum.

Gratias tibi referat, Domine, corde subiecto tua semper ecclesia, et consequenter obtineat, ut observationes antiquas iugiter recensendo proficiat in futurum. Per. R. S. Gerb. 50. lxxxiii *infra.*

Feria iii Hebdom. tertia.

Prosequere nos omnipotens Deus; et quos ab escis carnalibus praecipis abstinere a noxiis quoque vitiis cessare concede. Per [19]. R. S. Gerb. 50. Cf. xxvii *infra.*

Da, quaesumus, Domine, rex aeterne cunctorum, ut sacro nos purificatos ieiunio sinceris quoque [20] mentibus ad tua sancta ventura facias pervenire. Per. S. (*Fer. v.*) Gerb. 51. Pam. 232.

Secreta.

Ut accepta sint, Domine, nostra ieiunia, praesta nos, quaesumus, huius munere sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per. γ Pam. 304.

Postcommun.

Sacramenti tui, Domine, veneranda perceptio et mystico nos mundet effectu et perpetua virtute defendat. Per. S. (*Fer. v.*) Gerb. 52. Pam. 233. Men. 50.

Ad Populum.

Concede, misericors Deus, ut devotus tibi populus [21] semper existat, et de tua clementia quod ei prosit indesinenter obtineat. Per. lvi *infra.* R. S. Gerb. 51. Pam. 231. Men. 49.

Feria iv Hebdom. tertia. 524

R. S. Gerb. 51. Pam. 232. Deus, qui nos formam humilitatis ieiunando et orando Unigeniti tui Domini nostri imitatione docuisti, concede, quaesumus, ut quod ille iugi ieiuniorum continuatione complevit, nos quoque[22] per partes dierum facias adimplere. Per.

xix *supra.* Da nobis, Domine, quaesumus, observantiam[23] legitima devotione perfectam, ut[24] refrenatione carnalis alimoniae sancta tibi conversatione placeamus. Per.

Secreta.

S. (*Fer. v.*) Gerb. 52. Pam. 232. Men. 49. Deus, de cuius gratiae rore descendit, ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus, praesta, quaesumus, ut in eorum traditione solemniter honoranda competens[25] deferamus obsequium. Per.

Postcommun.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 40. Percipientes, Domine, gloriosa mysteria[26], referimus gratias, quod in terris positos iam caelestium praestas esse participes. Per.

Ad Populum.

S. Gerb. 51. Pam. 233. Leon. 408. Defende Domine familiam tuam et toto tibi corde prostratam ab hostium tuere[27] formidine: nec bona tua difficulter inveniant pro quibus[28] et sancti tui et angelicae tibi[29] supplicant potestates. Per.

Feria vi Hebdom. tertia.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 179. Pam. 342. Men. 132. xxviii *inf.* Praesta, quaesumus, Domine, ut observationes sacras annua devotione recolentes, et corpore tibi placeamus et mente. Per. γ

R.S.(*alibi.*) Gerb. 32. Pam. 212. Men. 32. xiii *supra.* Concede, quaesumus, Domine[30], fragilitati nostrae sufficientiam competentem; ut suae reparationis effectum[31] et pia conversatione recenseat, et cum exultatione suscipiat. Per.

Secreta.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 47, 179. Pam. 342. Men. 45. Leon. 414. Accepta tibi sint, Domine, quaesumus, nostri dona ieiunii, quae et[32] expiando nos tuae gratiae[33] dignos efficiant, et ad sempiterna promissa perducant. Per. γ

Postcommun. 525

S. (*Sabb.*) Gerb. 53. xxiv *supra.* Hos, Domine, quos reficis[34] sacramentis, attolle benignus auxiliis, ut[35] tuae redemptionis effectum et mysteriis capiamus et moribus. Per.

Ad Populum.

Super populum[36] tuum, Domine, quaesumus, benedictio copiosa descendat, indulgentia veniat[37], consolatio tribuatur, fides sancta succrescat, redemptio sempiterna firmetur. Per. γ R.S (*alibi.*) Gerb. 37. Pam. 218. Men. 38. Leon. 482. xviii *supra.*

Feria vii Hebdom. tertia.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut dignitas conditionis humanae, per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimoniae studio reformetur. Per Dominum. γ S. Gerb. 53. Pam. 243. Men. 51. Leon. 317.

Auge fidem tuam, Domine, quaesumus, miseratus[38] in nobis, quia pietatis tuae subsidia non negabis quibus integre[39] contuleris firmitatem. Per. S. Gerb. 53. Pam. 235. Leon. 367.

Secreta.

Domine Deus noster, qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostrae subsidium[40] condidisti, tuo quoque[41] nomini munera iussisti dicanda constitui, tribue, quaesumus, ut et vitae nobis praesentis auxilium et aeternitatis efficiant sacramentum. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 53, 135. Pam. 243. Men. 107. Leon. 415. lxxxiii *infra.* Leofr. 3.

Postcommun.

Quod ore sumpsimus, Domine[42], mente capiamus, et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Per. γ Pam. 243. Leon. 366.

Ad Populum.

Esto, quaesumus, Domine, propitius plebi tuae, ut[43] quae tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandatorum. Per Dominum. γ S. Gerb. 53. Pam. 243.

[1] S. marks the Saturday, R. the Friday of the second week as the time of the first 'scrutiny.' The only other note of the time in V. is in sect. xxix *infra*, from which it would seem that the Monday of the third week is the time contemplated in V., as in Mabillon's *Ordo Romanus* vii. The Tuesday in the third week is mentioned (perhaps by a slip) in the Codex Gellonensis, of which the corresponding portion is to be found in Martène lib. I. cap. i. From this last source some readings are given in the following notes, where it is cited as Gell. The clauses for insertion in the Canon are, however, the only portions of this *Missa* which Martène gives at length. The *Missa* appears in R. (from which Gerbert's text of it is taken) as the first of the *Missae pro Scrutiniis* which R. gives as part of the *Ordo Baptisterii.* These *Missae* are not contained in S. [2] *dignis* V.; R. as text. [3] *proveniat* R. [4] *Infrā* R. [5] R. Gell. join the words *Et omnium circumadstantium* with *quorum tibi fides*, &c., placing both after the rubric which separates them in V. [6] *recita* Gerb.; V. R. Gell. as text. [7] *ac* R. Gell.; V. as text. [8] R. omits this heading. [9] R. omits *ad.* [10] *gratiae tuae dinumerare* V.; *gratiae tuae donum eligere* R.; Gell. as text. [11] After *Per Christum*, and before the rubric following, R. inserts *Quam oblationem*: but see note 14. [12] *dices* R.; *dicit* Gell. [13] *plenitudine* V.; R. Gell. as text. [14] Both R. and Gell. have at this point *Per Christum. Diesque nostros.* [15] *obtados* R.; Gerb. reads *optatos.*

[16] *aeterna* S[2] Gerb.; V. R. S[1] Pam. Men. as text. [17] This Collect is given as it appears in V., but it is evidently corrupt: it would become intelligible if *abstinentiam* were read for *abstinentiae*. [18] *vivificent* V. in lxxxiii *infra*, R. S. Gerb.; V. here as text. [19] R. S. Gerb. follow the form of this Collect given in xxvii *infra* (omitting *quaesumus* and reading *abstinere* for *temperare*). [20] S[2] Gerb. omit *quoque*; V. S[1] Pam. as text. [21] S[2] Gerb. insert *tuus*; V. S[1] Pam. Men. as text. [22] *saltem* (for *quoque*) S[2] Gerb.; V. S[1] Pam. as text. [23] *Da nobis observantiam Domine* V. in xix *supra*. [24] V. in xix *supra* inserts *cum*. [25] S[2] Gerb. insert *tibi*; V. S[1] Pam. Men. as text. [26] S[2] Gerb. insert *tibi*; V. R. S[1] as text. [27] *ut toto tibi corde prostrata et ab hostium tuere* V.; S. Gerb. Leon. Pam. as text. [28] *inveniat pro qua* Leon. (ed. Mur.); *inveniat pro quibus* Pam.; V. S. Gerb. Leon. (ed. Ball.) as text. [29] Pam. omits *tibi*; V. has *angelica et tibi*; S. Gerb. Leon. as text. [30] *Concede, quaesumus, omnipotens Deus* V. in xiii *supra*; so R. S. Gerb. Pam. Men. [31] See note 3 on xiii *supra*. [32] V. omits *et*; R. S. Gerb. Pam. Men. Leon. as text. [33] *tua gratia* Leon. [34] *Hos quos reficis Domine* V. in xxiv *supra*. [35] *et* S. Gerb.; V. as text. [36] *In populum* Men. [37] See note 6 on xviii *supra*. [38] *operatus* Pam.; V. S. Gerb. Leon. as text. [39] *integre*, the reading of V. (S[1]?) Pam. is perhaps a corruption of *in de credendi*, the reading of Leon.; S[2] Gerb. read *integram illius contuleris*. [40] *praesidium* V. in lxxxiii *infra*, R. S. (*alibi*) Gerb. (135) Men. Leon. Leofr.; V. here, S. Gerb. (53) Pam. as text. [41] *tuoque* V. here; R. S. Gerb. Pam. Leon. V. in lxxxiii *infra* as text. [42] Leon. inserts *quaesumus*. [43] *et* S[1]; V. S[2] Gerb. Pam. as text.

XXVII.

QUARTA DOMINICA. PRO SCRUTINIO II[1].

R. Gerb. 248. Cf. xxviii *infra*. Cf. Pam. 241.

Omnipoteus sempiterne Deus, ecclesiam tuam spiritali fecunditate[2] mul•tiplica, ut qui sunt generatione terreni, 526
fiant regeneratione caelestes. Per.

[Secreta.]

R. Gerb. 248.

Remedii sempiterni munera, Domine, laetantes offerimus, suppliciter exorantes ut eadem nos et digne[3] venerari et pro salvandis congruenter exhibere[4] perficias. Per.

Infra Canonem[5] ut supra. Sequitur

Postcommun.

R. S. (*sup. pop.*) Gerb. 54, 248. Pam. 236.

Tu semper, quaesumus, Domine, tuam attolle benignus familiam; tu dispone correctam; tu propitius tuere[6] subiectam; tu guberna perpetua bonitate[7] salvandam. Per.

Ad Populum.

R. Gerb. 248. III. li *infra*.

Tu famulis tuis, quaesumus, Domine, bonos mores[8] placatus institue, tu in eis quod tibi placitum sit dignanter infunde, ut et digni sint, et tua valeant beneficia promereri. Per.

Feria ii Hebdom. quarta.

R. S. (*Fer. iii.*) Gerb. 55. Pam. 236.

Sacrae nobis, quaesumus, Domine, observationis ieiunia, et piae conversationis augmentum, et tuae propitiationis continuum praestent auxilium. Per. γ.

Proficiat, quaesumus, Domine, plebs tibi dicata[9] piae S.
devotionis affectu[9]; ut sacris actionibus erudita, quanto Gerb. 55. Pam. 244.
maiestati tuae fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Men. 52. lxxxiii
Per. γ. *infra.*

Secreta.

Cunctis nos, quaesumus[10], Domine, reatibus et periculis S.
propitiatus absolve, quos tantis mysteriis[11] tribuis esse Gerb. 55. Pam. 244.
consortes. Per Dominum. γ.

Postcommun.

Divini satiati muneris largitate[12], quaesumus, Domine S.
Deus noster, ut in huius semper participatione vivamus. Gerb. 55. Pam. 245.
Per. γ. Leon. 449.

Ad Populum.

Tueatur, quaesumus, Domine, dextera tua populum S.
deprecantem, et purificatum dignanter erudiat, ut conso- Gerb. 55. Pam. 245.
latione praesenti ad futura bona proficiat. Per. γ. Cf. Leon. 415.

527 *Feria iii Hebdom. quarta.*

Da, nostrae summe conditionis reparator[13], ut[14] semper Pam. 237.
declinemus a malis, et omne quod bonum est prompta
voluntate sectemur. Per Dominum.

Exercitatio[15] veneranda, Domine, ieiunii salutaris populi R. S.
tui corda disponat[15], ut et dignis mentibus suscipiat paschale Gerb. 55.
mysterium, et continuatae devotionis sumat augmentum.
Per.

Secreta.

Purifica nos, misericors Deus, ut ecclesiae tuae preces, R. S.
quae tibi gratae sunt, pia munera deferentes[16], fiant expiatis Gerb. 55. Pam. 238.
mentibus gratiores. Per. γ. Men. 53. Leon. 429.

Postcommun.

Caelestia dona capientibus, quaesumus, Domine, non ad R. S.
iudicium pervenire[17] patiaris quod fidelibus tuis ad reme- Gerb. 56. Pam. 238.
dium providisti. Per. γ. Men. 53. Leon. 370.

Ad Populum.

Populi tui Deus institutor et rector, peccata quibus R. S.
impugnatur[18] expelle, ut semper[19] tibi placitus[20] et tuo (*Fer. v.*) Gerb. 57.
munimine sit securus. Per. γ. Pam. 238. Leon. 345.

Feria iv Hebdom. quarta.

R. S. Gerb. 56. Pam. 237. Men. 53.

Omnipotens sempiterne Deus, qui et iustis praemia meritorum et peccatoribus per ieiunium erroris sui veniam praebes, miserere supplicibus, parce peccantibus, ut reatus nostri confessio indulgentiam valeat percipere delictorum. Per Dominum nostrum.

Concede, misericors Deus, ut sicut nos tribuis solemne tibi deferre ieiunium, sic nobis indulgentiae tuae praebeas[21] benignus auxilium. Per.

Secreta.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 38. Pam. 219. Men. 39. xviii *supra.*

Accepta tibi sit, Domine, nostrae devotionis oblatio, quae et ieiunium nostrum, te operante[22], sanctificet, et indulgentiam [nobis][23] tuae consolationis obtineat. Per.

•Postcommun. 528

Leon. 369.

Sacramentorum benedictione satiati, quaesumus, Domine, ut per haec semper mundemur[24] a vitiis[25]. Per.

Ad Populum.

Pam. 238. III. lxiv *infra.*

Da plebi tuae, Domine, piae semper devotionis affectum; ut quae prava sunt respuens, sancta conversatione firmetur, et a peccatis libera nullis adversitatibus atteratur. Per.

Feria vi Hebdom. quarta.

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 57.

Praesta, quaesumus, Domine, ut salutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis etiam vitiis abstinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 50. Cf. xxvi *supra.*

Prosequere, quaesumus[26], omnipotens Deus, ieiuniorum sacra mysteria, et quos ab escis carnalibus praecipis temperare[27], a noxiis quoque vitiis cessare concede. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 57. Pam. 247.

Haec sacrificia nos, omnipotens Deus, potenti virtute mundatos ad suum faciant puriores venire principium. Per. γ.

Postcommun.

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 57. Leon. 441. xxxvii *infra.*

Sancta tua nos, Domine, quaesumus, et vivificando[28] renovent, et renovando vivificent. Per.

Ad Populum.

R. S. Gerb. 58. Pam. 239. Leon. 371. III. lix *infra.*

Adesto, Domine, populis qui sacra mysteria[29] contigerunt, ut nullis periculis affligantur qui te protectore confidunt. Per Dominum.

Feria vii Hebdom. quarta.

Deus, omnium misericordiarum ac totius bonitatis auctor, qui peccatorum remedia ieiuniis, orationibus, et eleemosynis demonstrasti, respice propitius in hanc humilitatis nostrae confessionem, ut qui inclinamur conscientia[30] nostra tua semper misericordia erigamur. Per. R. S. Gerb. 58.

Tua nos, Domine, quaesumus, gratia et sanctis exerceat veneranda ieiuniis, et[31] caelestibus mysteriis efficiat aptiores. Per. R. S. Gerb. 58.

529 **Secreta.**

Offerimus tibi, Domine, munera quae dedisti, ut et creationis tuae circa mortalitatem nostram testificentur auxilium, et remedium[32] immortalitatis operentur. Per. γ. R.S.(*alibi.*) Gerb. 232. Pam. 417. Leon. 370.

Postcommun.

Percepta nobis, Domine, praebeant tua sacramenta subsidium, ut et[33] tibi grata sint nostra ieiunia, et nobis proficiant ad medelam. Per Dominum γ. R.S.(*alibi.*) Gerb. 35. Pam. 215.

Ad Populum.

Plebem tuam, Domine, quaesumus[34], interius exteriusque restaura, ut quam corporeis non vis delectationibus impediri, spiritali facias vigere proposito, et sic rebus foveas transitoriis[35] ut tribuas potius inhaerere perpetuis. Per. R. S. Gerb. 58. Pam. 239. Leon. 435.

[1] The *Missa* for this Sunday is the second of the series '*pro scrutiniis*' as given by R. [2] *iocunditate* V. here: R. as text, and so V. in xxviii *infra.* [3] *digni* V. (corr. by Tommasi); R. as text. [4] *exhiberi* R.; V. as text. [5] *Infract.* R. [6] Gerb. reads *intuere* (wrongly); R. has *tuaere.* [7] *benignitate* R. S. Pam.; V. as text. [8] *bonis moris* V. here; R. has *bonus mores*; V. in III. li as text. [9] *plebi tibi decata . . . affectus* V.; S. Gerb. Pam. Men. V. in lxxxiii *infra* as text. [10] S. Gerb. omit *quaesumus*; Pam. has *quaesumus Domine*; V. as text. [11] *tanti mysterii* Pam.; V. S. Gerb. as text. [12] *muneris largitate satiati* Leon. [13] Pam. inserts *omnipotens Deus.* [14] Pam. inserts *et.* [15] *Exorcitio . . . dispone* R.; *Exercitatio . . . dispone* S.; *Exercitatione . . . dispone* Gerb.; V. as text. [16] *deferentes* so R. S. Gerb. Pam. Leon.; V. Men. have *deferentis.* [17] *provenire* Leon.; V. R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [18] *impugnantur* V.; R. S. Gerb. Pam. Leon. as text. [19] Leon. inserts *et.* [20] *placatus* V. R² S¹; R¹ S² Gerb. Pam. Leon. as text. [21] *praebe* V. [22] *cooperante* Pam. [23] V. here omits *nobis*, which is restored from xviii *supra*, R. S. Gerb. Pam. Men. [24] *emundemur* Leon. [25] Leon. adds *et periculis caveamus.* [26] The parallel collect in xxvi *supra* has a different beginning; R. S. Gerb. omit *quaesumus*; V. here as text. [27] *abstinere* R. S. Gerb. V. in xxvi *supra*; V. here as text. [28] V. in xxxvii *infra* inserts *semper*; V. here, R. S. Gerb. Leon. as text. [29] *donaria* Leon.; V. R. S. Gerb. Pam. as text. [30] *constantia* S¹; *inconstantia* S² Gerb.; V. R. as text. [31] V. omits *et*; R. S. Gerb. as text. [32] R. S. Gerb. Pam. Leon. insert *nobis*; V. as text. [33] Pam. omits *et.* [34] Pam. omits *quaesumus.* [35] *transituriis* V.; *transituris* S. Leon.; R. Gerb. Pam. as text.

XXVIII.

Quinta Dominica. Quae pro scrutinio celebratur[1].

R. Gerb. 249. Concede, Domine, electis nostris, ut sanctis edocti mysteriis et renoventur fonte baptismatis, et inter ecclesiae tuae membra numerentur. Per.

Secreta.

R. Gerb. 249. Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, quos fidei Christiane primitiis imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundari. Per.

Infra Canonem[2], *ubi supra. Sequitur*

Postcommun.

R. Gerb. 249. Concurrat, Domine, quaesumus[3], populus tuus, et toto tibi corde subiectus obtineat, ut ab omni perturbatione securus, et salvationis suae gaudia promptus exerceat, et pro regenerandis[4] benignus exoret. Per.

Ad Populum.

R. Gerb. 249. Deus, qui quum salutem[5] hominum semper operaris, nunc tamen populum tuum gratia abundantiore multiplicas; respice propitius ad electionem tuam, ut paternae protectionis auxilio et regenerandos munias et renatos. Per.

Feria ii Hebdom. quinta. 530

Pam. 241. Cf. xxvii *supra*. Cf. Gerb. 248. Deus, qui ad imaginem tuam conditis[6] ideo das temporalia ut largiaris aeterna, ecclesiam tuam spiritali fecunditate multiplica, ut qui sunt generatione terreni fiant regeneratione caelestes. Per Dominum.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 47. Adiuva nos Deus salutaris noster, et in sacrificio ieiuniorum nostras mentes purifica, ut[7] ad beneficia recolenda, quibus nos instaurare dignatus es, tribuas[7] venire gaudentes[8]. Per.

Secreta.

Domin. *supra*. Exaudi nos, omnipotens Deus, et famulos tuos, quos fidei Christianae primitiis imbuisti, huius sacrificii tribuas operatione mundari. Per.

Postcommun.

Sanctificent nos, Domine, sumpta mysteria et paschalis observantiae sufficientem nobis tribuant facultatem. Per.

Ad Populum.

Benedictio, Domine, quaesumus[9], in tuos fideles copiosa R. S.
descendat, et quam subiectis cordibus expetunt, largiter Gerb. 60. Men. 57.
consequantur. Per.

Feria iii Hebdom. quinta.

Praesta, quaesumus, Domine[10], ut observationes sacras R.S.(*alibi.*)
annua devotione recolentes et corpore tibi placeamus et Gerb. 179. Pam. 236.
mente. Per. γ. Men. 132. xxvi *supra.*

Fiat, quaesumus, Domine[11], per gratiam tuam fructuosus cf. lxxxiii
nostrae devotionis affectus, quia tunc nobis proderunt sus- *infra.* Men. 55.
cepta ieiunia si tuae sint placita pietati. Per. γ. Pam. 239.

Secreta.

Concede nobis, Domine, quaesumus, ut celebraturi sancta R. S.
mysteria[12], non solum abstinentiam[13] corporalem, sed quod (*Fer. v.*) Gerb. 62.
est potius, habeamus mentium puritatem. Per. Men. 58. Cf. Leon.

531 **Postcommun.** 380.

Vegetet nos, Domine, semper et innovet tuae mensae R. S.
libatio, quae fragilitatem nostram[14] gubernet et protegat et (*Fer. v.*) Gerb. 62.
in portum perpetuae salutis inducat. Per. Men. 59. Leon. 415.

Ad Populum.

Libera, Domine, quaesumus[15], a peccatis et hostibus tibi R. S.
populum supplicantem, ut in[16] sancta conversatione viventes Gerb. 61. Pam. 377.
nullis afficiantur adversis. Per Dominum. γ. Men. 58. Leon. 462.

Feria iv Hebdom. quinta.

Ieiunia, quaesumus, Domine, quae sacris exequimur R. S.
institutis, et nos a reatibus nostris semper expediant, et Gerb. 61.
tuam nobis iustitiam faciant esse placatam. Per.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut quos ieiunia R.S.(*alibi.*)
votiva[17] castigant, ipsa quoque devotio sancta laetificet, ut Gerb. 56. Pam. 238.
terrenis affectibus mitigatis, facilius caelestia capiamus. Men. 53.
Per. γ.

Secreta.

Praesta, [quaesumus[18],] omnipotens Deus, ut ieiuniorum R.S.(*Sabb.*)
placatus sacrificiis, remissionis tuae nos venia prosequaris. Gerb. 63. Pam. 243.
Per. Men. 60.

Postcommun.

Adesto, Domine, fidelibus tuis, et quos caelestibus reficis[19] R.S.(*Sabb.*)
sacramentis a terrenis conserva periculis. Per Dominum. Gerb. 63. Men. 60. Leon. 412.

Ad Populum.

R.S. (*alibi.*) Gerb. 239. Leon. 364. xxxix *inf.* III. xvii *inf.*

Gregem tuum, Pastor bone, placatus intende, et oves, quas pretioso sanguine Filii tui[20] redemisti, diabolica non sinas incursione lacerari. Per.

Feria vi Hebdom. quinta.

R. S. (*Fer. v.*) Gerb. 62.

Tribue nobis, quaesumus, Domine, indulgentiam peccatorum, ut instituta paschalia tibi placitis sensibus operemur. Per.

R. S. Gerb. 63. Pam. 244.

Omnipotens sempiterne Deus, clementiam tuam suppliciter exoramus ut qui mala nostra semper praevenis miserendo • facias nos[21] tibi placitos et piis actionibus et 532
ieiuniis salubribus expiando. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 63.

Sanctifica nos, quaesumus, Domine, his muneribus offerendis, et paschalis observantiae sufficientem nobis tribue facultatem. Per.

Postcommun.

cii *infra.*

Da, quaesumus, Domine, ut tanti mysterii munus indultum non condemnatio sed sit medicina sumentibus. Per.

Ad Populum.

R. S. Gerb. 63.

Protege, Domine, populum tuum et in sanctorum tuorum patrocinio confidentem perpetua defensione guberna. Per.

Feria vii Hebdom. quinta.

xviii *supra.* xix *supra.* xxv *supra.* Pam. 342.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per abstinentiam[22] salutarem et corporibus nostris mederis et mentibus, maiestatem tuam supplices exoramus, ut pia ieiunantium prece placatus et praesentia nobis subsidia praebeas et futura[23]. Per.

R. S. (*Fer. iv.*) Gerb. 61. Pam. 242. Cf. Leon. 411.

Sanctificata ieiunio[24] tuorum corda fidelium[25], Deus miserator[26], illustra; et quibus devotionis praestas[27] affectum, praebe supplicantibus pium benignus auditum. Per. γ.

Secreta.

Pam. 248. Men. 62.

Sacrificia[28], Domine, propensius ista restaurent quae medicinalibus sunt instituta ieiuniis. Per. γ.

Postcommun.

Supplices te rogamus, Domine Deus noster, ut sicut nos Filii tui corporis et sanguinis sacrosancti pascis alimonio, ita nos et divinae naturae eius facias esse consortes. Per.

Ad Populum.

Visita, quaesumus, Domine, plebem[29] tuam, et corda sacris dicata mysteriis pietate tuere pervigili[30], ut remedia salutis aeternae, quae te miserante percipit[31], te protegente custodiat[32]. Per. Pam. 245. Leon. 411.

[1] This *Missa* is the third of the *Missae pro Scrutiniis* in R., and has there the title '*in auris apertionem.*' [2] *Infrac.* R. [3] *quaesunius Domine* R. [4] *generandis* R. [5] *consalute* R. [6] *conditos* V.; *qui homini ... condito* Pam.; the parallel collect in Gerb. and in xxvii *supra* has a different beginning. [7] *et ... tribue* Gerb.; *ut ... tribue* R.; V. S. as text. [8] *gaudenter* V.; R. S. Gerb. as text. [9] *quaesumus Domine* Men. [10] *quaesumus omnipotens Deus* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [11] *Domine quaesumus* Pam. Men. [12] *Domine Deus noster, ut celebraturi sanctorum solemnia* Leon.; V. R. S. Gerb. Men. as text. [13] *observantiam* Leon.; V. R. S. Gerb. Men. as text. [14] Leon. inserts *et inter mundi tempestates*; V. R. S. Gerb. Men. as text. [15] *quaesumus Domine* Men. [16] V. omits *ut*; Men. omits *in*; S. Gerb. Pam. Leon. as text. [17] *votiva ieiunia* Pam. [18] V. omits *quaesumus*, which is restored from R. S. Gerb. Pam. Men. [19] *instituis* Leon. (which also inserts a clause after *sacramentis*, see ed. Ball.); V. R. S. Gerb. Men. as text. [20] R. S. Gerb. Leon. and V. in III. xvii *infra* omit *Filii tui*; V. (here and in xxxix *infra*) as text. [21] R. S. Gerb. omit *nos*; V. Pam. as text. [22] *continentiam* in xviii, xix *supra*. [23] *praebeas et aeterna* xviii *supra*; *tribuas aeterna* xix *supra*. [24] *Sanctifica hoc ieiunium* V.; *Sanctificato hoc ieiunio* R. S. Gerb. Pam. Men.; Leon. as text. [25] *filiorum* Leon. [26] *habitator* Leon. [27] *praestas devotionis* Leon. [28] Pam. Men. insert *nos, quaesumus.* [29] *familiam* Leon. [30] *pervigili tuere pietate* Leon. [31] *percepit* Pam.; *percipiunt* Leon.; V. as text. [32] *custodiant* Leon.

533

XXIX.

DENUNTIATIO[1] PRO SCRUTINIO,
quod tertia hebdomada in Quadragesima, secunda feria[2] initiatur[3].

Scrutinii diem, dilectissimi fratres, quo electi nostri divinitus instruantur, imminere cognoscite. Ideoque[4] sollicita devotione succedente sequente *illa*[5] feria circa horam diei sextam[6] convenire dignemini; ut caeleste mysterium quo[7] diabolus cum sua pompa destruitur[8], et[9] ianua regni caelestis aperitur, inculpabili, Deo iuvante[10], ministerio peragere valeamus. Per[11] Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen. R. (Gerb. 249.) Gerb. ii. 1. Martène, lib. I. cap. i.

Ut autem venerint[12] ad ecclesiam[13], scribuntur[14] nomina infantum[15] ab acolyto, et vocantur[16] in ecclesiam per nomina[17], sicut scripti sunt. Et statuuntur masculi in dexteram partem, feminae in sinistram[18], et dat orationem presbyter super eos[19].

[1] This notification is given in R. as part of the *Ordo Baptisterii*. It has also been compared with the form given by Gerbert (ii. 1) from a Zürich MS. (saec. ix. circ.), and with that given by Martène (*de Ant. Eccl. Rit.* lib. I. cap. i), from Codex Gellonensis. The former of these is cited as Gerb., the latter as Gell. [2] *tertia feria* Gell.; V. R. Gerb. as text (but see note 1 on xxvi *supra*). [3] *initiarum* V. (corr. by Tommasi from Cardinal Santori's MS.); *initiantur* Gell.; R. Gerb. as text. [4] *ibidemque* Gerb.; V. R. Gell. as text. [5] *quarta* Gerb.; V. R. Gell. as text. [6] *circa horam diei tertia* Gell.; *circa horam tertiam* Gerb.; V. R. as text. [7] *quod* Gell. [8] *destruetur* V.; *distruetur* R. (probably for *destruitur*, as both have *aperitur* immediately after); Gell. Gerb. as text. [9] Gerb. omits *et*. [10] *Deo iubente* R. Gell.; *Domino iuvante* Gerb.; *Deo iubante* V. [11] V. only has this clause at length: Gerb. omits, the others abbreviate it. [12] *Aut aut hora quinta venerint* R. [13] Gell. inserts *hora tertia*; Gerb. has *sicut diximus, quarta feria hora tertia*. [14] *scribantur* R. Gerb. [15] Gell. Gerb. insert *vel eorum qui ipsos* (*eos* Gerb.) *suscepturi sunt*. [16] Gell. Gerb. insert *ipsi infantes ab acolyto*. [17] *in ecclesia per ordine per nomina* Gell.; *in ecclesia per nomina vel ordine* Gerb. [18] Gell. Gerb. have *ita dicendo*; Ille puer, *et sic per singulos eorum*: (*per singulis* Gell.) *statuuntur masculi seorsum ad dexteram partem* (*ad dexteram seorsum partem* Gell.): Ille virgo *et sic per singulas* (*singula* Gell.) *statuuntur feminae seorsum ad sinistram partem*. [19] R. directs that the *Electi* are to be bidden by the Deacon to pray before they receive the Benediction. Gell. Gerb. make no mention of this prayer by the *Electi*, but direct that the Benediction should be given after each of them has been signed with the cross.

XXX

Orationes super electos.

Ad catechumenum faciendum [1].

R. Gerb. 249. Pam. 258. A. Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hos famulos tuos, quos ad rudimenta fidei vocare dignatus es. Omnem caecitatem cordis ab eis expelle: disrumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuerant colligati: aperi eis, Domine, ianuam pietatis tuae; et signum [2] sapientiae tuae imbuti, omnium cupiditatum foetoribus [3] careant, et suavi odore [4] praeceptorum tuorum laeti tibi in ecclesia [5] deserviant; et proficiant de die in diem, ut idonei efficiantur accedere ad gratiam baptismi tui, percepta medicina [6]. Per Dominum nostrum.

Pam. 259. Preces nostras, quaesumus, Domine, clementer exaudi, et hos electos tuos crucis Dominicae, cuius impressione signamus [7], • virtute custodi, ut magnitudinis gloriae rudimenta 534
servantes, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis pervenire gloriam mereantur. Per. γ.

Pam. 259. Deus, qui humani generis ita es conditor, ut sis etiam reformator, propitiare populis adoptivis, et novo testamento sobolem novae prolis ascribe, tu filii promissionis quod non potuerunt [8] assequi per naturam gaudeant se recepisse per gratiam. Per Dominum nostrum. γ.

[1] R. adds to this title the words *Ex his tribus orationibus unam, qualem volueris, dices.* But only the first of the three is given. In Gerbert's text (ii. 2) and in Martène's text from the Codex Gellonensis, cited for the last section, only the first prayer is mentioned, and it is not given at length. Pam. gives all three: the first is contained in A. Both in A. and in Pam. the prayers are worded for a single catechumen, and the rubrics of Gerb. and Gell. perhaps imply the use of the first of them over each of the *Electi* separately. [2] *ut signo* A. Pam.; V. R. as text (ungrammatically). [3] *foetores* R.; V. A. Pam. as text. [4] *ad suavem odorem* R. Pam.; V. A. as text. [5] R. A. Pam. insert *tua*; V. as text. [6] A. omits *ut idonei ... medicina*, substituting *signatus promissae gratiae tuae*; V. has *perceptae medicinae*; R. *percepte medicine*; Pam. as text. [7] *signamur* V; *eum signamus* Pam. [8] *potuerint* V. (corrected by Tommasi from Pam.).

XXXI.

BENEDICTIO SALIS DANDI CATECHUMENIS[1].

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in caritate Domini nostri Iesu Christi, et in virtute Spiritus sancti. Exorcizo te per Deum vivum et per Deum verum, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari[2] praecepit[3]. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut haec creatura salis in nomine[4] Trinitatis efficiatur salutare sacramentum ad effugandum inimicum; quem[5] tu, Domine, sanctificando sanctifices, benedicendo benedicas, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine Domini nostri Iesu Christi qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. γ

R. Gerb. 250. Cf. Pam. 259.

Et post hanc orationem ponis[6] *sal in ore infantis et dicis*[6]: Accipe *Ille*[7] sal sapientiae propitiatus in vitam aeternam.

[1] *dandum caticumin* V. [2] *consecrare* V.; R. Pam. as text. [3] Pam. has *praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiare salutare sacramentum,* &c. [4] R. inserts *sanctae.* [5] *quod* R.; *quam sanctificando sanctifices* Pam. [6] *pones ... dicis* V.; R. has *expleta autem ista oratione accepit de ipso sale et ponit in ore infantium, dicendo.* In A. this rubric is appended to the prayer *Omnipotens sempiterne Deus* (see xxx *supra*). [7] *illi* V.

XXXII.

BENEDICTIO POST DATUM SALEM[1].

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum respicere digneris propitius, ut hoc primum pabulum salis
535 gustantem non • diutius esurire permittas, quo minus cibo

R. Gerb. 250. A. Pam. 260.

expleatur caelesti; quatenus sit semper, Domine, spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur[2]. Per Dominum γ.

[1] *datam sale* V.; *datum salis* A.; R. gives no title. [2] *mereamur* A.

XXXIII.

Item Exorcismi super Electos.

Quos acolyti[1] *imposita manu super eos dicere*[2] *debent.*

R. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui
Gerb. 250. Pam. 260. Moysi famulo tuo in monte Sinai apparuisti, et filios Israel
A. de terra Aegypti eduxisti, deputans eis angelum pietatis tuae, qui custodiret eos die ac nocte, te quaesumus, Domine, ut mittere digneris sanctum angelum tuum, ut[3] similiter custodiat et hos famulos tuos, et perducat eos ad gratiam baptismi tui. γ

Ergo, maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo vivo et vero, et[4] da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui sancto, et recede ab his famulis Dei. Quia istos sibi Deus et Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis donum[5] vocare dignatus est. Per hoc signum[6] sanctae crucis, frontibus eorum quod[7] nos damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. γ

Item super feminas.

R. Deus caeli, Deus terrae, Deus angelorum, Deus archange-
Gerb. 251. Pam. 261. lorum[8], Deus prophetarum, Deus martyrum[9], Deus omnium
A. bene viventium, Deus cui omnis lingua confitetur[10] caelestium[11], terrestrium et infernorum, te invoco Domine, ut has famulas tuas perducere et custodire digneris[12] ad gratiam baptismi tui. γ

Ergo maledicte *ut supra.*

Item super masculos. 536

R. Audi maledicte Satanas adiuratus[13] per nomen aeterni
Gerb. 251. Pam. 261. Dei et Salvatoris nostri Filii Dei; cum tua victus invidia tremens gemensque discede. Nihil sit tibi commune cum servis Dei, iam caelestia cogitantibus, renuntiaturis tibi ac

saeculo tuo, et beatae immortalitati victuris[14]. Da igitur honorem advenienti Spiritui sancto qui ex[15] summa caeli arce[16] descendens, perturbatis fraudibus tuis, divino fonte purgata pectora[17], id est sanctificata, Deo templum et habitum[18] perficiat, ut[19] ab omnibus penitus noxiis[20] praeteritorum criminum liberati servi Dei gratias perenni Deo referant semper, et benedicant nomen eius sanctum in saecula saeculorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. γ

Item super feminas.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui tribus R.
Israel[21] monuisti et Susannam de falso crimine liberasti, te Gerb. 251. Pam. 262.
supplex deprecor, Domine, ut liberes et has famulas tuas, et perducere eas[22] digneris ad gratiam baptismi tui. γ

Ergo maledicte, *ut supra.*

Item super masculos.

Exorcizo te, immunde spiritus[23], in nomine Patris, et Gerb. 251.
Filii, et Spiritus sancti, ut exeas et recedas ab his famulis Pam. 262. A.
Dei. Ipse enim tibi imperat, maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit. γ

Ergo maledicte, *sicut supra.*

Item super feminas.

Exorcizo te immunde spiritus, per Patrem et Filium et R.
Spiritum sanctum ut exeas et recedas ab his famulabus Gerb. 251 Pam. 262.
Dei[24]. Ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, qui A.
caeco nato oculos aperuit, et quatriduanum Lazarum de monumento suscitavit. γ

Ergo maledicte, *ut supra.*

537 *Sequitur oratio quam sacerdos dicere debet*[25].

Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Do- R.
mine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus luminis et Gerb. 251. Pam. 262.
veritatis, super hos famulos[26] et famulas tuas ut digneris A.
eos illuminare lumine intelligentiae tuae. Munda eos et sanctifica. Da eis scientiam veram, ut digni efficiantur accedere ad gratiam baptismi tui. Teneant firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut apti sint ad percipiendam gratiam tuam[27]. Per. γ

[1] The first rubric of this section in R. cannot easily be read, the letters being now very faint. Gerbert apparently could not read it (see his note at p. 250). It runs *Tunc primum veniens acolitus facit crucem in frontibus singulorum ponens manu su* (sic) *super eos dans orat excelsa voce his verbis.* Gerbert understands the later rubrics as directing that the exorcisms should be said by a Deacon: but these probably refer not to the exorcisms, but to proclamations between them, such as are found in the Codex Gellonensis (Mart. lib. I. cap i.) where the Deacon makes the proclamations, and a succession of Acolytes say the exorcisms. Pam. and A. give no indication as to either Acolyte or Deacon. The latter omits the second pair of exorcisms. The forms in Pam. are for a single catechumen. [2] *dici* V. [3] R. omits *ut.* [4] R. A. Pam. omit *et*; V. as text. [5] *dono* R.; Pam. omits the word; V. A. as text (ungrammatically). [6] *Et hoc signum* Pam.; V. R. A. as text. [7] *quem* V.; *quod nos fronti eius damus* Pam.; R. A. as text. [8] A. omits *Deus archangelorum.* [9] A. Pam. insert *Deus virginum.* [10] R. Pam. insert *et omne genu flectitur.* [11] R. inserts *et.* [12] *super hanc famulam tuam ut perducere eam digneris* Pam.; R. A. insert *eas* after *perducere* (otherwise as text); V. as text. [13] *adiuratis* R. (Gerb. reads *adiuro te*). [14] *renuntiatoribus tibi a saeculo tuo et beate immortalitatis victoris* V. *renuntiatori* (marg. *renuntiaturo*) *tibi ac saeculo tuo et beatae immortalitatis victori* Pam.; *renuntiaturus . . . a seculo . . . immortalitatis uicturis* R. [15] R. omits *ex.* [16] *arche* R.; *archae* V.; Pam. as text. [17] *discedens pro turbatis fraudibus tuis divino purgata pectora* R. [18] Tommasi substitutes *habitaculum*, perhaps rightly: but V. R. Pam. all have *habitum.* [19] *et* V. R. Pam.; *ut* is required for the sense. [20] *noxis* Pam.; V. R. as text. [21] Pam. inserts *de Aegypti servitute liberasti per Moysen famulum tuum, et de custodia mandatorum tuorum in deserto*; V. R. as text. [22] R. omits *eas.* [23] *spiritus immunde* A. [24] V. omits *Dei*; R. A. Pam. as text. [25] This prayer has in A. the title which Pam. gives (from one MS.) in the margin of his text: '*Oratio super infantes in Quadragesima ad quatuor Evangelia.*' [26] R. inserts *tuos.* [27] *gratiam baptismi tui* Pam.

XXXIV.

See Gerb. ii. 2.

INCIPIT EXPOSITIO EVANGELIORUM [1] IN AURIUM APERTIONE AD ELECTOS.

Primitus enim procedunt de sacrario iv diaconi cum quatuor evangeliis [2], *praecedentibus duobus candelabris* [3] *cum thuribulis, et ponuntur super iv angulos altaris. Et tractat presbyter antequam aliquis eorum legat, his verbis:*

Miss. Gall. 714. Sacr. Gall. 828.

Aperturi vobis, filii carissimi, evangelia, id est gesta [4] divina, prius ordine [5] insinuare debemus quid est Evangelium [6], et unde descendat, et cuius in eo verba ponantur, et quare quatuor sint qui haec gesta scripserunt, vel qui sunt ipsi [7] quatuor, qui divino Spiritu, annuntiante propheta [8], signati sunt; ne forte sine hac ordinis ratione vel causa stuporem vobis [9] in mentibus relinquamus; et, quia [10] ad hoc venistis ut aures vobis aperiantur, ne incipiat sensus vester obtundi. Evangelium dicitur proprie bona annuntiatio, quae utique annuntiatio est Iesu Christi Domini nostri. Descendit autem evangelium ab eo quod annuntiet et ostendat, quod is qui per prophetas [11] loquebatur venit in carne, sicut

scriptum est, Qui loquebar, ecce adsum. Explicantes autem[12] breviter quid sit evangelium, vel qui sint ii quatuor, qui per prophetam[13] ante monstrati sunt, nunc sua quaeque nomina singulis[14] assignemus indiciis. Ait enim propheta Ezechiel, Et similitudo vultus eorum ut[15] facies Hominis,
538 et[16] facies Leonis a dextris illius; et facies Vituli et facies Aquilae a sinistris illius. Hos[17] quatuor has figuras habentes Evangelistas esse non dubium est: sed nomina eorum, qui Evangelia scripserunt, haec sunt, Matthaeus, Marcus, Lucas, Ioannes.

Et annuntiat diaconus, dicens State cum silentio, audientes[18] intente.

[19] *Et incipiens legit initium Evangelii secundum Matthaeum, usque*: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Postquam legerit, tractat presbyter his verbis[20]:

Filii carissimi, ne diutius ergo vos teneamus, exponamus[21] vobis quam rationem et[22] quam figuram unusquisque in se contineat, et quare Matthaeus in se[23] figuram Hominis habeat; quia[24] in[25] initio suo nihil aliud agit, nisi nativitatem Salvatoris pleno ordine generationis enarrat. Sic[26] enim coepit: Liber generationis Iesu Christi Filii David, Filii Abraham. Videtis, quia non immerito huic Hominis assignata persona est, quando ab hominis nativitate initium comprehendit: nec immerito, ut diximus, huic mysterio assignata est Matthaei persona.

Miss. Gall. 714. Cf. Sacr. Gall. 829.

Item annuntiat diaconus, ut supra; State cum silentio, audientes intente.

Et legit initium Evangelii secundum Marcum, usque: Ego baptizo vos aqua; ille vero baptizabit[27] vos Spiritu sancto.

Et prosequitur[28] *presbyter his verbis:*

Marcus evangelista, Leonis gerens figuram a solitudine incipit dicens[29], Vox clamantis in deserto; sive quia regnat invictus. Huius Leonis multifarie[30] invenimus exempla, ut non vacet[31] dictum illud, Iuda filius meus, catulus leonis, de germine mihi ascendisti: recubans dormivit[32] ut leo, et sicut catulus leonis; quis excitabit[33] eum?

Miss. Gall. 715. Cf. Sacr. Gall. 829.

Item annuntiat diaconus, ut supra. Et legit initium Evangelii secundum Lucam, usque: Parare Domino plebem perfectam.

Et prosequitur[34] *presbyter his verbis:* 539

Miss. Gall. 715. Cf. Sacr. Gall. 830.

Lucas evangelista speciem Vituli gestat, ad cuius instar Salvator noster est immolatus. Hic enim Christi evangelium locuturus, sic coepit[35] de Zacharia et Elisabeth, de quibus Ioannes Baptista in summa natus est senectute. Et ideo Lucas Vitulo comparatur, quia duo cornua, duo Testamenta, et quatuor pedum ungulas[36], quatuor Evangelia, quasi tenera firmitate[37] nascentia, in se plenissime[38] continebat.

Item annutiatur a diacono ut supra. Et legit initium Evangelii secundum Ioannem usque: Plenum gratiae et veritatis.

Iterum prosequitur presbyter his verbis.

Miss. Gall. 715. Cf. Sacr. Gall. 830.

Ioannes habet similitudinem Aquilae, eo quod nimis alta petierit; ait enim, In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Et David dicit[39] de persona Christi, Renovabitur sicut aquilae iuventus tua; id est Iesu Christi Domini nostri, qui resurgens a mortuis, ascendit in coelos. Unde iam vobis conceptis praegnans[40] gloriatur ecclesia, omni festivitate[41] votorum ad nova tendere Christianae legis exordia: ut adveniente die venerabilis Paschae[42], lavacro baptismatis renascentes, sicut sancti omnes mereamini[43] fidele munus infantiae a Christo[44] Domino nostro percipere. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum[45].

[1] This exposition is given at length in the Missale Gallicanum, and also (with the exception of a few lines at the beginning) by Gerbert from the Zürich MS. already cited in the notes to sect. xxix. *supra*. The Sacramentarium Gallicanum contains it in an abbreviated form. The *Ordines* published by Martène refer to the various divisions of the Exposition by their first words, but do not give it at length. [2] *Evangelia* V. (corrected by Tommasi). [3] *praecedentibus duo candilabra* V. [4] *gaudia* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. as text. [5] *ordinem* V.; Miss. Gall. Sacr. Gall. as text. [6] *quid Evangelium* Miss. Gall.; *quid Evangelium sit* Sacr. Gall.; V. as text. [7] Miss. Gall. Sacr. Gall. insert *ii*; V. as text. [8] Miss. Gall. Sacr. Gall. insert *ante*; V. Gerb. as text. [9] Sacr. Gall. omits *vobis*; Miss. Gall. has *vobiscum*; V. Gerb. as text. [10] *ut qui* Sacr. Gall. [11] Sacr. Gall. Miss. Gall. Gerb. insert *suos*; V. as text. [12] *ergo* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. Gerb. as text. [13] *prophetas* Gerb. [14] *nunc figuras atque nomina singulis* (*singula* Sacr. Gall.) Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. Gerb. as text. [15] *et* Gerb. [16] *ut* Miss. Gall. Sacr. Gall; V. Gerb. as text. [17] *Hi* V. (corr. by Tommasi) Miss. Gall. Gerb.; Sacr. Gall. as text. [18] *audite* Gerb.; V. as text. The Gallican books do not give the form of the proclamation. [19] Gerb. inserts *et dicit* Dominus vobiscum. [20] Gerb. has here *Iterum annuntiet diaconus ut supra* State cum silentio, *et post haec tractet presbyter his verbis.* [21] *exponimus* Gerb. [22] Gerb. omits *quam rationem et*; Sacr. Gall. omits *quam rationem* and reads *ut* in place of *et*. [23] Sacr. Gall. Gerb. omit *in se.* [24] *qui* Gerb. [25] Miss. Gall. Sacr. Gall. Gerb. omit *in*; V. as text. [26] *sicut* Gerb. [27] *baptizavit* V. Gerb. (latter omitting *vos*). [28] *sequitur* V.; Gerb. as text. [29] *dicere* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. Gerb. as text.

[30] *multifaria* Miss. Gall.; *multifariae* V.; Sacr. Gall. Gerb. as text. [31] *vagit* Gerb. [32] *dormisti* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. Gerb. as text. [33] *excitavit* V. Gerb. [34] *sequitur* Gerb. [35] *Hic Christi Evangelio locutus sic concepit* Gerb.; V. Miss. Gall. as text; Sacr. Gall. omits the clause. [36] Miss. Gall. inserts *et*. [37] *infirmitate* Miss. Gall. (perhaps for *in firmitate*); V. Gerb. as text; Sacr. Gall. omits the phrase. [38] *plenissima* V.; Miss. Gall. Gerb. as text. [39] Gerb. omits *dicit*; Miss. Gall. has *Et David ex persona Christi dicit*; Sacr. Gall. *Ait enim David ex persona Christi*; V. as text. [40] *regnans* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. Gerb. as text. [41] *omnem festivitatem* V. (ungrammatically); Miss Gall. Gerb. as text; Sacr. Gall. omits the phrase. [42] *ad venientem diem Paschae* Gerb.; V. Miss. Gall. as text. [43] *mereamur* Miss. Gall. [44] *Christo Iesu,* Miss. Gall. [45] *Qui vivit et regnat Deus* Miss. Gall.

XXXV [1].

Incipit Praefatio Symboli ad electos: Gerb. ii. 3.

Id est, antequam dicis Symbolum, his verbis prosequeris.

Dilectissimi nobis, accepturi sacramenta baptismatis, et in novam creaturam sancti Spiritus procreandi, fidem qua [2] credentes iustificandi estis toto corde concipite, et animis vestris veram conversationem mutatis [3], ad Deum, qui
540 men•tium nostrarum [4] est illuminator, accedite [5], suscipientes evangelici symboli sacramentum [6], a Domino inspiratum ab [7] apostolis institutum, cuius pauca quidem verba sunt sed magna mysteria. Sanctus etenim Spiritus, qui magistris ecclesiae ista dictavit tali eloquio, talique brevitate, salutiferam condidit fidem, ut quod credendum vobis [8] est, semperque profitendum [9], nec intelligentiam possit latere, nec memoriam fatigare [10]. Intentis itaque animis Symbolum discite, et quod vobis sicut accepimus [11] tradimus non alicui materiae quae [12] corrumpi potest, sed paginis vestri cordis ascribite. Confessio itaque fidei [13] quam suscepistis hoc inchoatur exordio.

Post haec, accipiens acolytus unum ex ipsis infantibus masculum, tenens eum [14] *in sinistro brachio ponens manum super caput eius* [15]. *Et interrogat ei* [16] *presbyter.* Qua lingua confitentur [17] Dominum nostrum Iesum Christum? ℟. Graece [18]. *Iterum dicit* [19] *presbyter,* Annuntia fidem ipsorum qualiter credunt [20]. *Et dicit acolytus Symbolum Graece decantando, tenens manum super caput infantis, in his verbis* [21]:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem factorem
Pisteuo his ena Theon Patera panhocratoran pyetin
caeli et terrae visibilium omnium et invisibilium Et
uranu kae gis oraton kae panton kae auraton Kae

in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei
his ena Kyrion Ihm Xρm tonion tu theu

unigenitum de Patre natum ante omnia
ton monogenin ton ec tu patros genitenta pro panton

saecula lumen de lumine Deum verum de Deo vero
ton eonon fos ec fotos theon alithin ec theu alithinu

natum non factum consubstantialem Patris per quem
genithenta upyithenta omoysion tu patri diuta-

omnia facta sunt qui propter nos homines et propter
panta egenonton ton di himas tus antrophus kae dia tin

nostram salutem descendentem de caelis et
himeteran soterian kateltonta ec ton uranon kę

incarnatum de Spiritu sancto et Maria virgine
sarcotenta . ecpneuma tos agiu kae Marias tis par tenu

et humanatum crucifixum etiam pro nobis sub 541
kae inantropisanta staurotentha de yper himon epi

Pontio Pilato et passum et sepultum et resurgentem
pontio pilatu kae pathonta kae tapenta kae anastenta

tertia die secundum scripturas et ascendentem in
titriti himera kata tas graphas kae anelthonta his tus

caelis et sedentem ad dexteram Patris et iterum
uranus kae katezomeno en dexia tu patros kae palin

venturum cum gloria iudicare vivos et mortuos cuius
ercomenon meta doxis crine zontas kae necrus vtis

regni non erit finis et in Spiritum sanctum Dominum
basilias vc estin thelos kae histo pneuma to agion ton kyrion

et vivificatorem et Patre procedentem qui cum
kae zoopyon ton ec tu patros emporegomenon ton syn

Patre et Filio simul adoratum et conglorificatum
patri kae yion synpros kynumenon kae syn doxazomen

qui locutus est per prophetas in unam sanctam catho-
tolalesas dia ton prophiton his mian agian catho-

licam et apostolicam ecclesiam confiteor unum baptisma
licin kae apostolicin eclesian omologo en baptisma

in remissionem peccatorum spero · resurrectionem
his apesin amartion prosdogo anastas

mortuorum et vitam futuri saeculi Amen.
sin necron kae zoin tumellos tos aeonas Amin.

Filii carissimi, audistis Symbolum Graece, audite[22] et Latine. *Et dicis* Qua lingua confitentur Dominum nostrum Iesum Christum? *Resp.* Latine. Annuntia fidem ipsorum qualiter credunt.

Ponens manum acolytus super caput infantis, et dicit Symbolum decantando, his verbis[23]:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem A.
caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in
unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum;
de Patre[24] natum ante omnia saecula[25]; lumen de lumine;
Deum verum de Deo vero; natum[26], non factum; con-
substantialem Patris[27]; per quem omnia facta sunt; qui
propter nos homines, et propter nostram salutem descen-
542 dentem[28] de caelis; et incarnatum[29] de Spiritu sancto
et[30] Maria virgine, et humanatum[31]; crucifixum etiam[32]
pro nobis sub Pontio[33] Pilato, et[34] passum et sepultum[35];
et resurgentem[36] tertia die secundum Scripturas; et[34]
ascendentem in caelos[37] et[38] sedentem ad[39] dexteram
Patris; et iterum venturum[40] cum gloria iudicare vivos et
mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum
sanctum Dominum[41] et vivificatorem; ex Patre proce-
dentem[42]; qui cum Patre et Filio simul adoratum et con-
glorificatum[43]: qui locutus est per prophetas[44]. In unam
sanctam, catholicam et apostolicam[45] ecclesiam. Confiteor
unum baptisma in remissionem peccatorum. Spero resur-
rectionem mortuorum, et vitam futuri saeculi. Amen.

Hoc expleto sequitur presbyter his verbis.

Haec summa est[46] fidei nostrae, dilectissimi nobis, haec verba sunt Symboli, non sapientiae humano sermone[47] facta sed vera divinitus ratione disposita. Quibus comprehendendis atque servandis nemo non idoneus, nemo non[48] aptus. Hic Dei Patris et Filii una aequalis pronuntiatur potestas. Hic Unigenitus Dei de Maria virgine et Spiritu sancto secundum carnem natus ostenditur. Hic eiusdem crucifixio[49] et sepultura, ac die tertia resurrectio praedicatur. Hic ascensio ipsius super caelos et consessio in dextera paternae maiestatis agnoscitur, venturusque ad[50] iudicandos vivos et mortuos declaratur. Hic Spiritus sanctus in eadem qua Pater et Filius deitate indiscretus accipitur. Hic postremo ecclesiae vocatio, peccatorum remissio et carnis resurrectio perdocetur[51]. Vos[52] itaque, dilectissimi, ex

vetere homine in novum reformamini; et de carnalibus
spiritales, de terrenis incipitis esse caelestes: secura et
constanti fide credite resurrectionem, quae facta est in
Christo, etiam in nobis omnibus esse complendam [53], et hoc
secuturum [54] in toto corpore quod praecessit in capite.
Quoniam et ipsum, quod percepturi [55] estis, baptismi sacra-
mentum huius spei [56] exprimit formam [57]. Quaedam enim
ibi mors, et quaedam resurrectio celebratur. Vetus homo
deponitur et novus sumitur. Peccator aquas ingreditur et
iu•stificatus egreditur. Ille abiicitur qui traxit ad mortem, 543
et suscipitur ille qui reduxit ad vitam, per cuius gratiam
vobis confertur, ut filii Dei sitis, non carnis voluntate editi,
sed sancti Spiritus virtute generati. Et ideo hanc brevis-
simam plenitudinem ita debetis vestris cordibus inhaerere [58],
ut omni tempore praesidio huius confessionis utamini.
Invicta est enim semper talium armorum [59] potestas, contra
omnes insidias inimici ad bonam Christi militiam pro-
futura [60]. Diabolus, qui [61] hominem tentare non desinit [62],
munitos vos hoc Symbolo semper inveniat [63]; ut, devicto
adversario, cui renuntiatis [64], gratiam Domini incorruptam
et immaculatam usque in finem, ipso quem [65] confitemini
protegente, servetis, ut [66] in quo peccatorum remissionem
accipitis, in eo gloriam resurrectionis habeatis [67]. Ergo dilec-
tissimi, praefatum Symbolum fidei catholicae [68] in praesenti
cognovistis, nunc euntes edocemini nullo mutato sermone.
Potens est enim Dei misericordia quae et vos ad baptismi
fidem currentes perducat, et nos qui vobis mysteria tra-
dimus, una vobiscum ad regna caelestia faciat pervenire.
Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui [69]
vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

[1] This section has been compared for the greater part of its extent with the parallel form given by Gerbert (ii. 3) from his Zürich MS. (saec. ix circ.), the readings of which are, as before, cited as Gerb. The form of the Creed has been compared with that contained in A. which has, after the last prayer contained in xxxiv. *supra*, the direction '*Hic exponat presbyter Pater noster qui in caelis totum. Hic exponat Credo in unum*,' followed by a Latin version of the Creed, which has originally agreed very closely with the version contained in V., but has been altered by a later hand into agreement with the more usual form. [2] *quam* V. (corrected by Tommasi as text, from Santori's MS., with which Gerb. agrees). [3] *animis bonam conversationem mutate* Gerb.; V. as text (ungrammatically: Tommasi reads *vera conversatione*). [4] *vestrarum* Gerb.; V. as text. [5] *illuminator. Accedite* Gerb. [6] *Evangelicae* V.; Tommasi retains this, but notes that Santori's MS. read *evangelicis*; Gerb. has *Evangelici symbolum sacramenti*. [7] V. omits *ab*, which Tommasi notes as being contained in Santori's MS.; Gerb. also has it. [8] *quid*

credendum nobis Gerb.; V. as text. [9] *providendum* V.; Gerb. has *profitendum* which seems on the whole more likely. [10] *memoria fatigari* Gerb. [11] *accipimus* V.; Gerb. as text. [12] *materie qui* V.; Gerb. as text. [13] *fidem* V.; Gerb. as text. [14] Gerb. omits *eum.* [15] Both V. and Gerb. give this sentence in the same ungrammatical form. [16] Gerb. omits *ei*; V. as text (ungrammatically). [17] *confitetur* Gerb. [18] *Latina* Gerb. [19] *Et dicit* Gerb. [20] *credent* Gerb. [21] Gerb. has *Et ille cantat symbolum,* followed by the Apostles' Creed. In the bilingual Creed which is given here the readings are those of V. except that the spelling of the Latin version has been slightly altered for uniformity. [22] *audi* V. [23] Gerb. has, after the Apostles' Creed, instead of the preceding, this rubric 'Et dum hoc cantat, semper manum super caput infantis tenet: hoc finito iterum accipiens alter acolytus ex ipsis infantibus feminam sicut supra, et interrogat presbyter sicut antea, et ipse cantat symbolum sicut supra scriptum est.' [24] *et ex Patre* A^2; V. A^1 as text. [25] A^2 inserts *Deum de Deo.* [26] *genitum* A^2: V. (A^1?) as text. [27] *Patri* A^1; V. A^2 as text. [28] *descendit* A (but see note [37]). [29] *incarnatus est* A^2; V. A^1 as text. [30] *ex* A^2; V. A^1 as text. [31] *homo factus est* A^2; V. (A^1?) as text. [32] *crucifixus etiam* A^2; *crucifixum* (omitting *etiam*) A^1; V. as text. [33] *supponcio* A. [34] *et* erased by A^2. [35] *sepultus est* A^2; V. A^1 as text. [36] *resurrexit* A^2; V. A^1 as text. [37] *ascendit in caelum* A^2; *ascendentem* (?) *de caelis* A^1 (perhaps due to the presence of *descendentem de caelis* in the MS. from which A was copied) see note [28]; V. as text. [38] A. omits *et.* [39] *sedet ad* A^2; V. A^1 as text. [40] *iterum venturus est* A^2; A^1 has *venturum* preceded by an erasure; V. as text. [41] *Dm̄* A^1; V. A^2 as text. [42] *vivificantem qui ex Patre Filioque procedit* A^2; V. A^1 as text, save that A^1 reads *vivificantem.* [43] *adoratur et conglorificatur* A.; V. as text. [44] A^2 inserts *et.* [45] A^1 omits *et apostolicam*; the words are added by A^2 (apparently to follow *sanctam*). [46] Gerb. omits *est.* [47] Gerb. inserts *sunt.* [48] Gerb. omits *non.* [49] *crucifixo* V. [50] *venturus atque ad* Gerb. [51] *perducitur* V. (corrected by Tommasi from Santori's MS. to reading of text); *praedicatur* Gerb. [52] Gerb. omits the portion *Vos—virtute generati.* [53] *est conplenda* V. (corr. by Tommasi from Santori's MS.). [54] *secuturus* V. [55] *pręcepturi* V. [56] *huc spei* V. (corr. by Tommasi). [57] V. has *formam ibi. Quaedam enim ibi* which Tommasi retains, noting that the former *ibi* is absent from Santori's MS. [58] Gerb. (see note [52]) has *Quae brevissima plenitudo ita debet vestris cordibus inhaerere*; V. as text. [59] *armatorum* Gerb. [60] *profuturis* V.; *et contra omnes vobis insidias diaboli, tanquam bonis Christi militibus profutura* Gerb. [61] *quia* Gerb. [62] *desistit* Gerb. [63] *nos hoc symbolum inveniat* Gerb.; V. as text. [64] *renuntiastis* Gerb. [65] V. omits *quem* which seems needed for the sense: Gerb. has *in finem ipsum quem . . . protegentem.* [66] Gerb. omits *ut.* [67] *habetis* Gerb. [68] *symbolum catholice* Gerb. [69] *Filium tuum qui tecum* Gerb.

XXXVI.

ITEM PRAEFATIO ORATIONIS DOMINICAE [1].

Et admonentur a diacono ut supra.

Dominus et Salvator noster Iesus Christus inter caetera salutaria [2] praecepta, discipulis suis petentibus quemadmodum orare deberent, eam formam eis orationis concessit quam etiam lectione praesenti et vos plenius cognovistis [3]. Audiat nunc dilectio vestra quemadmodum doceat discipulos suos orare Deum Patrem omnipotentem: Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora Patrem tuum. Cubiculum quod nominat, non occultam

Gerb. ii. 3. Miss. Gall. 716–8.

domum ostendit, sed cordis nostri secreta[4] illi soli patere commemorat. Et clauso ostio Deum adorare debere, id est, ut a mala cogitatione[5] pectus nostrum mystica[6] clave claudamus, ac labiis clausis, incorrupta mente Deo loqua- 544
mur. Deus autem[7] noster fidei et[8] non vocis auditor[9] est. Claudatur[10] ergo clave fidei pectus nostrum contra insidias adversarii, et soli Deo pateat cuius templum esse cognoscitur, ut quum habitat in cordibus nostris ipse sit advocatus in precibus nostris. Ergo Dei Sermo et Dei Sapientia[11], Christus Dominus noster, hanc orationem nos docuit, ut ita oremus.

Post hoc intras et dicis, PATER NOSTER QUI ES IN CAELIS.

Haec libertatis vox est et plena fiducia. Ergo his vobis[12] moribus est vivendum, ut et filii Dei et fratres Christi esse possitis[13]. Nam Patrem suum Deum qua[14] temeritate dicere praesumit, qui ab eius voluntate degenerat? Unde vos, dilectissimi, dignos exhibete adoptione divina, quoniam scriptum est, Quotquot[15] crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

SANCTIFICETUR NOMEN TUUM.

Id est, non quod Deus nostris sanctificetur orationibus[16], qui semper est sanctus, sed petimus ut nomen eius sanctificetur in nobis, ut qui in baptismate eius sanctificamur in eo[17] quod esse coepimus[18] perseveremus[19].

ADVENIAT REGNUM TUUM.

Deus namque noster quando non regnat maxime cuius regnum est immortale? Sed quum dicimus, Veniat regnum tuum, nostrum regnum petimus advenire, a Deo nobis promissum, Christi sanguine et passione[20] quaesitum.

FIAT VOLUNTAS TUA.

Id est, in eo[21] fiat voluntas tua, ut quod tu vis in caelo hoc nos in terra positi irreprehensibiliter faciamus.

PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS HODIE.

Hic spiritalem cibum intelligere debemus. Christus enim panis est noster, qui dixit, Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Quem quotidianum dicimus, quod ita 545
nos semper immunitatem petere debemus[22] peccati, ut digni simus caelestibus alimentis.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS.

Hoc praecepto significans [23], non nos aliter peccatorum posse veniam promereri, nisi prius nos in nobis delinquentibus aliis [24] relaxemus: sicut in evangelio Dominus [25] dicit, Nisi dimiseritis peccata hominibus, nec vobis Pater vester dimittet peccata vestra.

ET NE NOS INDUCAS IN TENTATIONEM.

Id est, ne nos patiaris induci ab eo qui tentat, pravitatis auctore [26]. Nam dicit scriptura, Deus enim intentator malorum est [27]. Diabolus vero tentator [28]; ad quem evincendum [29] Dominus dicit [30], Vigilate et orate, ne intretis in tentationem.

SED LIBERA NOS A MALO.

Hoc ideo ait, quia dixit apostolus, Nescitis quid vos [31] oportet orare. Unus Deus [32] omnipotens ita a nobis orandus [33], ut quicquid humana fragilitas cavere et vitare non praevalet [34], hoc ille ut possimus [35] propitius nobis conferre dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti [36], per omnia saecula saeculorum.

Item annuntiat diaconus, ut supra; State cum disciplina et cum silentio, audientes intente [37].

Audistis, dilectissimi, Dominicae orationis sancta mysteria: nunc euntes ea vestris cordibus innovate, ut ad exorandam et ad percipiendam Dei misericordiam [38] perfecti in Christo esse possitis. Potens est Dominus Deus noster, ut [39] et vos qui ad fidem curritis ad lavacrum aquae regenerationis perducat, et nos qui [40] vobis mysterium fidei catholicae tradidimus, una [41] vobiscum ad caelestia regna faciat pervenire. Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum [42].

[1] This form of instruction appears in a very similar shape in Missale Gallicanum, and also in Gerbert's Zürich MS. (see note [1] on xxix. *supra*). The latter is for the most part in agreement with the Missale Gallicanum, where that differs from V., but resembles V. more closely in some important points. [2] *sacra* Gerb.; V. as text; Miss. Gall. omits the words between *noster* and *discipulis*. [3] Miss. Gall. Gerb. have (after *deberent*) *non solum formam orationis concessit, verum etiam qua mente et puritate precarentur ostendit, ut in praesenti sacra haec lectio demonstravit*: and proceed *Tu autem*, &c. [4] *secretum* Miss. Gall. Gerb. which omit the words *illi soli . . . debere*. [5] *ut malae cogitationi* Miss. Gall. Gerb. [6] Miss. Gall. Gerb. insert *fidei*. [7] *enim* Miss. Gall. Gerb. [8] Miss. Gall. Gerb. omit *et*. [9] *author*

Gerb. [10] Miss. Gall. Gerb. omit *Claudatur . . . nostris.* [11] *Ergo unde sermo est, id est sapientia* Miss. Gall. Gerb. [12] *nobis* Gerb.; Miss. Gall. omits the word. [13] *possimus* Miss. Gall. Gerb. [14] *quam* V. (corrected by Tommasi); Miss. Gall. Gerb. as text. [15] Gerb. inserts *autem.* [16] *non quod Deus nostris sanctificationibus* V.; Miss. Gall. Gerb. as text. (S. Cyprian *de Orat. Dom.* has 'Non quod optamus Deo ut sanctificetur orationibus nostris.') [17] *in id* V. Miss. Gall. Gerb. (ungrammatically). S. Cyprian *de Or. Dom.* as text. [18] *incipimus* V.; Miss. Gall. Gerb. and S. Cyprian *de Or. Dom.* as text. [19] *perseveremur* V. [20] *sanguinem et passionem* V. (corrected by Tommasi); Miss. Gall. Gerb. as text; so S. Cyprian *de Or. Dom.* [21] Gerb. omits *in eo.* [22] *quotidianum dicens ita nos semper immunes praecipit esse* Miss. Gall. Gerb. [23] *Hoc pactum est significans* Miss. Gall. Gerb. [24] Miss. Gall. Gerb. insert *veniam.* [25] Miss. Gall. Gerb. insert *noster.* [26] *auctor est* Gerb. [27] *est malorum* Miss. Gall. Gerb. [28] *tentator est* Miss. Gall.; *est tentator* Gerb. [29] *vincendum* Gerb. [30] *dixit* Miss. Gall. [31] *vobis* Miss. Gall. Gerb. [32] *Unde Deus* Miss. Gall. Gerb. [33] Miss. Gall. Gerb. insert *est.* [34] *fragilitas capere non praevalet* Gerb. [35] Miss. Gall. Gerb. omit *ut possimus.* [36] *regnat cum Deo Patre* (*omnipotente* Miss. Gall.) *et Spiritu sancto* Miss. Gall. Gerb. [37] Gerb. has *Et dicit diaconus* State cum silentio audientes intente, *et prosequitur presbyter his verbis.* Miss. Gall. omits the proclamation of the deacon, and substitutes another form for the first part of the concluding paragraph, in which Gerb. is in general agreement with V. [38] *ad exoranda et praecipienda Dei misericordia* V.; Gerb. as text. [39] V. Miss. Gall. omit *ut*; Gerb. as text. [40] *et non qui* V. [41] *una tradimus* Miss. Gall.; *et una tradidimus* Gerb.; *una tradidimus* V.; but see end of last section. [42] Miss. Gall. has (after *pervenire*) *praestante Domino nostro Iesu Christo; cui est honor et imperium in saecula saeculorum. Amen.*

XXXVII. 546

Dominica in Palmis.

De Passione Domini.

R. S. Gerb. 65. Pam. 246. Men. 60. Deus[1], qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum et[2] carnem sumere et crucem subire fecisti, concede[3] propitius ut et[4] patientiae eius[5] habere documentum et resurrectionis eius[6] consortia mereamur, Christi Domini nostri[7]. Qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per.

R. S. Gerb. 65. Pam. 247. Deus, quem diligere et amare iustitia est, ineffabilis gratiae tuae in nobis dona multiplica: et[8] qui fecisti nos morte Filii tui sperare quod credimus, fac[8] nos, eodem resurgente, pervenire quo tendimus. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 65. Pam. 246. Ipsa maiestati tuae, Domine, fideles populos commendet oblatio, quae per Filium tuum reconciliavit inimicos[9], Iesum Christum Dominum nostrum. Qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per omnia saecula saeculorum.

Postcommun.

Sacro munere satiati, supplices te, Domine, deprecamur, Pam. 284.
ut qui debite[10] servitutis celebramus officio, salvationis tuae Leon. 400.
suscipiamus[11] augmentum. Per. γ

Ad Populum.

Purifica, quaesumus, Domine[12], familiam tuam, et ab R. S.
omnibus contagiis pravitatis emunda[13], ut redempta vasa Gerb. 65. Pam. 246.
sui[14] Domini passione, non spiritus immundus[15] rursus Leon. 378.
inficiat[15], sed salvatio sempiterna possideat. Per. γ

Feria ii Hebdom. sexta.

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et famulos R. S.
tuos aeterna protectione sanctifica, pro quibus[16] Christus (*Fer. iii.*) Gerb. 67.
Filius tuus per suum cruorem nobis instituit paschale Pam. 248.
mysterium. Per[17] Dominum nostrum. Men. 61.

547 • Excita, Domine, tuorum corda fidelium, ut sacris intenta Pam. 377.
doctrinis et intelligant quod sequantur, et sequendo fideliter
apprehendant. Per. γ

Secreta.

Respice, Domine, propitius sacra mysteria quae gerimus, R. S.
et quod ad nostra evacuanda praeiudicia[18] misericors pro- Gerb. 66.
vidisti[19], vitam nobis tribue fructificare perpetuam. Per.

Postcommun.

Sancta tua nos, Domine, quaesumus, et vivificando sem- R.S. (*alibi.*)
per[20] renovent et renovando vivificent. Per. Leon. 441. Gerb. 57. xxvii *supra.*

Ad Populum.

Populum tuum, Domine, quaesumus, [ad te[21]] toto R.S. (*alibi.*)
corde converte; quia quos defendis etiam delinquentes, Gerb. 45 [66].
maiore pietate tueris[22] sincera mente devotos. Per. Pam. 247. xxv *supra.*

Feria iii Hebdom. sexta.

Da, misericors Deus, ut quod in tui Filii passione mundus R. S.
exercuit, salutare nobis fideliter sentiamus. Per. Gerb. 66. (*Fer. ii.*) Pam. 247.

Fac, omnipotens Deus, ut quae veraciter facta recolimus[23] R. S.
in nostrum transire remedium gratulemur. Per. Gerb. 67.

Secreta[24].

Intende, quaesumus, Domine, hostias familiae tuae, et R.S. (*alibi.*)
quam sacris muneribus facis esse participem tribuas ad eius Gerb. 33. Pam. 213.
plenitudinem pervenire. Per. Men. 33. xiv *supra.*

Postcommun.

R. S. Gerb. 67. Pam. 248. Men. 62.

Repleti, Domine, sacri muneris gratia, supplices exoramus, ut quae gustu corporeo dulci veneratione contigimus [25], dulciora mentibus sentiamus. Per.

Ad Populum.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 45. xxv *supra.*

Da, quaesumus, Domine, fidelibus tuis et sine cessatione capere paschalia sacramenta, et desideranter expectare ventura; ut [26] mysteriis quibus renati sunt permanentes ad novam vitam his operibus perducantur [27]. Per.

Feria iv Hebdom. sexta. 548

R. S. Gerb. 68. Pam. 249. Men. 62.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Christi tui beata passione nos reparas, conserva in nobis opera misericordiae tuae, ut in huius celebritate mysterii perpetua devotione vivamus. Per.

R. S. Gerb. 68.

Praesta, quaesumus, omnipotens et misericors Deus, ut sicut in condemnatione Filii tui, salus omnium fuit piaculum [28] perfidorum, ita et per misericordiam tuam communis sit cultus iste credentium. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 68. Men. 65. Pam. 249. xl *infra.*

Suscipe, quaesumus, Domine, munus oblatum, et dignanter operare, ut quod passionis mysterio gerimus, piis affectibus consequamur. Per.

Postcommun.

Leon. 327. III. xxxi *infra.*

Caelestis doni benedictione percepta [29], supplices te, Domine [30], deprecamur, ut hoc idem nobis semper et sacramenti causa sit et salutis. Per. γ

Ad Populum.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 20. Pam. 379. II. lx *infra.*

Auxiliare, Domine, populo tuo, ut sacrae devotionis [31] proficiens incrementis, et tuo semper munere gubernetur, et ad redemptionis aeternae pertineat [32], te docente [33], consortium.

[1] *Omnipotens sempiterne Deus* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [2] Gerb. Pam. Men. omit *et*; V. R. S. as text. [3] R. S. insert *nobis*. [4] Pam. omits *et*. [5] *ipsius* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [6] Pam. Men. omit *eius*; V. R. S. Gerb. as text. [7] R. S. Gerb. Pam. Men. omit *Christi Domini nostri*; S. Gerb. Pam. have *Per* or *Per eundem*; Men. *Qui tecum*; V. as text. [8] *ut . . . fac* V. R. S[1]; *ut . . . facias* S[2] Gerb.; Pam. as text. [9] *amicus* V.; R. has *inimicus*. *Iesus Christus Dominus noster*; S. Gerb. Pam. omit *Iesum Christum Dominum nostrum* and end with *Per eundem*, or *Per Dominum*. [10] *quod debitae* Pam. Leon. (so Tommasi here); V. as text (*officio* being perhaps abl. for acc.). [11] *sentiamus* Pam. Leon.

[12] *Domine quaesumus* Leon. [13] Leon. inserts a clause here. [14] *sua* Leon. [15] *immundi . . . inficiat* (sic) Leon. (see ed. Ball.). [16] R. S. Gerb. Pam. Men. insert *Iesus.* [17] *Qui tecum* Gerb. Men. [18] *periudicia* V. (corr. by Tommasi); R. S. Gerb. as text. [19] *praevidisti* S. Gerb.; V. R. as text. [20] R. S. Gerb. Leon. V. in xxvii *supra* omit *semper.* [21] V. here omits *ad te*, which is restored from xxv *supra*, R. S. Gerb. Pam. [22] V. here inserts *et*, which is omitted by V. in xxv *supra*, R. S. Gerb. Pam. [23] *recurrimus* V. S[1]; *recurremus* R.; probably for *recolimus*, which is the reading of S[2] Gerb. [24] This *Secreta* is given here as it stands in V.; see xiv *supra* and notes 3–7 on that section. [25] *contingimus* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text. [26] S. Gerb. insert *in*; R. has *ministeriis.* [27] V. here has *perducamur*; R. S. Gerb. V. in xxv *supra* as text. [28] *piaculus* V. [29] *praecepta* V.; Leon. and V. in III. xxxi *infra* as text. [30] Leon. V. in III. xxxi *infra* have *Deus omnipotens* for *Domine*, and vary slightly the order of the following words. [31] *ut sacris et devotionem* V.; R. S. Gerb. Pam. and V. in II. lx *infra* as text. [32] *pertingat* V.; R. S. Gerb. Pam. and V. in II. lx *infra* as text. [33] *docere* V., but in II. lx as text; R. S. Gerb. Pam. have *ducente.*

XXXVIII [1].

ORATIONES IN QUINTA FERIA [2].

Eodem die non psallitur, nec salutat, id est non dicit Dominus vobiscum : *et Reconciliatio Poenitentis.*

Omnipotens sempiterne Deus, da, quaesumus, universis famulis tuis plenius atque perfectius omnia festi [3] paschalis introire mysteria; ut incunctanter pia corda cognoscant quantum debeant de confirmata in Christo renascentium glorificatione gaudere. Per. S. Gerb. 68.

Concede credentibus, misericors Deus, salvum nobis [4] de Christi passione remedium, et [5] humanae fragilitatis [6] prae-
549 teritae • culpae laqueos aeterno suffragio plebs absolvat [7]. Per Dominum nostrum. S. Gerb. 69.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vitam humani generis, pro nobis Filio tuo moriente, salvasti, praesta, quaesumus, ut in hac populi tui devotione fructus proveniat [8] gaudiorum. Per Dominum. S. Gerb. 69.

ORDO AGENTIBUS PUBLICAM POENITENTIAM.

Egreditur poenitens de loco ubi poenitentiam gessit, et in gremio praesentatur ecclesiae prostrato omni corpore in terra [9]. *Et postulat in his verbis diaconus.*

Adest, o venerabilis pontifex, tempus acceptum, dies propitiationis divinae et salutis humanae, qua mors interitum et vita accepit aeterna principium, quando in vinea Domini Sabaoth sic novorum plantatio facienda est ut purgetur et curatio [10] vetustatis. Quamvis enim a divitiis bonitatis et pietatis Dei nihil temporis vacet, nunc tamen et largior [11] S. Gerb. 69.

est per indulgentiam remissio peccatorum, et copiosior per gratiam assumptio renascentium. Augemur regenerandis, crescimus reversis. Lavant aquae, lavant lacrimae. Inde gaudium de assumptione vocatorum, hinc laetitia[12] de absolutione poenitentium. Inde est quod supplex tuus, postea quam in varias formas criminum, neglectu mandatorum caelestium, et morum probabilium[13] transgressione, cecidit, humiliatus atque prostratus, prophetica ad Deum voce clamat, dicens, Peccavi, impie egi, iniquitatem feci, miserere mei, Domine, evangelicam vocem non frustratoria aure capiens, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Manducavit[14], sicut scriptum est, panem doloris, lacrimis stratum rigavit, cor suum luctu, corpus afflixit ieiuniis, ut animae suae reciperet quam perdiderat sanitatem. Unicum itaque est poenitentiae suffragium, quod et singulis prodest, et omnibus in commune succurrit. Hic ergo, dum ad poenitudinis actionem tantis excitatur exemplis, sub conspectu ingemiscentis ecclesiae, venerabilis pontifex, protestatur[15]
et dicit, Iniquitates meas ego agnosco[16] • et delictum 550
meum contra me est semper. Averte faciem tuam a peccatis meis, Domine, et omnes iniquitates meas dele. Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Quo ita supplicante, et misericordiam Dei afflicto corde poscente, redintegra in eo, apostolice pontifex, quicquid diabolo scindente[17] corruptum est, et orationum tuarum patrocinantibus meritis, per divinae reconciliationis gratiam fac hominem proximum Deo, ut qui ante in suis perversitatibus displicebat, nunc iam placere se Domino in regione vivorum[18], devicto mortis suae auctore gratuletur. Per Dominum.

Post hoc admonetur ab episcopo sive ab alio sacerdote, ut quod poenitendo diluit, iterando non revocet. Inde vero has dicit orationes sacerdos super eum.

S. Gerb. 69. Adesto Domine supplicationibus nostris, et me qui etiam misericordiam tuam[19] primus indigeo clementer exaudi, ut quem[20] non electione[21] meriti sed dono gratiae tuae constituisti operis huius ministrum; da fiduciam tui muneris exequendi, et ipse in nostro ministerio quod tuae pietatis est operare. Per. γ

S. Gerb. 69. Praesta quaesumus Domine huic famulo tuo dignum poenitentiae fructum, ut ecclesiae tuae sanctae, a cuius

integritate deviarat[22] peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per Dominum. γ

Deus humani generis conditor et benignissime reformator[23], qui hominem invidia diaboli ab aeternitate[24] deiectum unici Filii[25] tui sanguine redemisti, vivifica itaque quem[26] tibi nullatenus mori desideras, et qui non derelinquis devium[27], assume correctum[28]. Moveant pietatem tuam, quaesumus, Domine, huius famuli tui lacrimosa suspiria. Tu eius medere vulneribus. Tu iacenti manum porrige salutarem, ne ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex tuus detrimentum sustineat, ne de familiae tuae damno inimicus exultet, ne renatum lavacro salutari mors secunda possideat. Tibi ergo, Domine, sup-
551 plices * preces[29], tibi fletum cordis effundimus. Tu parce confitenti ut in imminentes poenas sententiamque[30] futuri iudicii, te miserante, non incidat. Nesciat quod terret in tenebris, quod stridet in flammis, atque ab erroris via ad iter reversus iustitiae nequaquam ultra novis[31] vulneribus saucietur, sed integrum sit ei atque perpetuum et quod gratia tua contulit et quod misericordia reformavit. Per. γ S. Gerb. 70.

Item ad reconciliandum poenitentem[32].

Omnipotens sempiterne Deus, confitenti tibi huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa, ut non plus ei noceat conscientiae reatus ad poenam quam indulgentia tuae pietatis ad veniam. Per Dominum. S. Gerb. 70.

Omnipotens et misericors Deus, qui peccatorum indulgentiam in confessione[33] celeri posuisti, succurre lapsis, miserere confessis, ut quos delictorum catena constringit, magnitudo tuae pietatis absolvat. Per. S. Gerb. 70.

Deus[34] qui confitentium tibi corda purificas, et accusantes se[35] conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis, et medicinam tribue vulneratis, ut percepta[36] remissione omnium peccatorum sincera deinceps devotione permaneant, et nullum redemptionis aeternae sustineant detrimentum. Per. S. Gerb. 72.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, respice super hunc famulum tuum qui ab infesta saeculi tempestate demersus[37], flebili lamentatione suos accusat excessus, ut fletus ac gemitus eius pie suscipias, eumque de tenebris ad lumen revoces, et medelam confitenti, salutem poenitenti, S. Gerb. 70.

et vulnerato auxilium sanitatis indulgeas. Nec ultra inimicus in eius habeat anima potestatem, eiusque [38] confessionem libenter admittens, ecclesiae tuae purificatum restitue, ac tuo altario repraesenta, ut ad sacramentum reconciliationis admissus una nobiscum sancto nomini tuo gratias agere mereatur. Per.

RECONCILIATIO POENITENTIS AD MORTEM [39]. 552

R. Gerb. 312 Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum [40] tuarum peccata poenitentium [41] deles, et praeteritorum criminum culpas venia remissionis evacuas, respice super hunc famulum tuum et remissionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi. Renova in eo, piissime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum est vel quicquid diabolica fraude violatum est; in unitatem [42] corporis ecclesiae tuae membrum perfecta remissione restitue; miserere Domine gemituum, miserere lacrimarum, et non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad sacramentum reconciliationis admitte. Per. γ

R. Gerb. 312. Pam. 454. Maiestatem tuam, Domine, supplices deprecamur, ut huic famulo tuo [43], longo squalore poenitentiae macerato, miserationis tuae veniam largiri digneris, ut, nuptiali veste recepta, ad regalem mensam unde eiectus fuerat mereatur intrare [44]. Per. γ

R. Gerb. 312. Maiestatem tuam quaesumus, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui non mortem sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, eiusque planctum in gaudium tua miseratione concede [45]. Scinde delictorum saccum, et indue eum laetitiam salutarem, ut post longam [46] peregrinationis famem [46] de sanctis altaribus tuis satietur: ingressus cubiculum Regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriae tuae semper. Per Dominum.

[Cf. Gerb. 70.] Deus misericors, Deus clemens, qui indulgentiam tuam [47] nulla temporum lege concludis, sed pulsanti [48] misericordiae tuae ianuam aperis, poenitentes etiam sub ipso vitae huius termino non relinquis [49]. Respice propitius super hunc famulum tuum [50], remissionem sibi omnium peccatorum tota cordis confessione poscentem. Renova in eo, piissime Pater, quod actione, quod verbo, quod ipsa denique cogi-

tatione, diabolica fraude vitiatum est, et unitati corporis
553 ecclesiae membrum tuae redemptionis annecte. Miserere gemituum, miserere lacrimarum, et non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua, ad sacramentum reconciliationis admitte[51], quia nullius animae in hoc corpore constitutae difficilis apud te, aut tarda curatio est. Fidelis enim es in verbis tuis, qui conversum peccatorem non longa temporum spatia differendum, sed mox ut in te gemuisset dixisti esse [audiendum[52] ?]. Per.

Oratio[53] post reconciliationem, vel posteaquam communicaverit.

Deus qui confitentium tibi corda purificas, et accusantes se conscientias ab omni vinculo iniquitatis absolvis, da indulgentiam reis[54] et medicinam tribue vulneratis, ut percepta remissione omnium peccatorum in sacramentis tuis[55] sincera deinceps devotione permaneat, et nullum redemptionis aeternae sustineat detrimentum. Per. S. Gerb. 72.

Post haec offert plebs, et conficiuntur sacramenta[56].

Secreta.

Virtutum caelestium Deus, de cuius gratiae rore descendit ut ad mysteria tua purgatis sensibus accedamus, praesta quaesumus ut in eorum traditione solemniter honorum[57] tibi placitum deferamus obsequium. Per. S. Gerb. 71.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo traditus est Dominus noster Iesus Christus. Sed et memoriam. γ S. Gerb. 72.

Item infra.

Hanc igitur oblationem, Domine, cunctae familiae tuae, quam tibi offerunt ob diem ieiunii Coenae Dominicae, in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebranda, quaesumus, Domine, placatus intende, ut per multa curricula annorum salva et incolumis munera sua tibi Domine mereatur offerre; diesque nostros in tua pace d[isponas]. γ S. Gerb. 72.

Item infra canonem[58], ubi dicimus Qui pridie quam
554 pateretur, *in huius diei processione dicimus[59]* Qui hac die antequam traderetur, accepit panem in suis sanctis manibus, elevatis. γ S. Gerb. 72.

Postcommun.

S. Gerb. 72. xl *infra.* Concede, quaesumus, Domine, ut percepti novi sacramenti mysterium et corpore sentiamus et mente. Per.

Ad Populum [60].

R.S.(*alibi.*) Gerb. 239. Leon. 364. xxviii *supra.* III. xvii *infra.* Gregem tuum, Pastor bone, placatus intende, et oves, quas pretioso sanguine Filii tui [61] redemisti, diabolica non sinas incursione lacerari. Per.

[1] Two sections at least appear to be here blended together. The *Reconciliatio poenitentis ad mortem*, at all events, and possibly also the additional prayers *ad reconciliandum poenitentem* may be considered to have been joined with the form for use on the Thursday in *Coena Domini* on the principle of bringing material of the same kind together. The *Reconciliatio poenitentis ad mortem* does not appear in S., which does contain, at this point, all the rest of the section, with the exception of the *Super populum*, though with some differences of arrangement. There is no section in V. numbered as xxxix; but this may be due either to a displacement of the *Reconciliatio poenitentis ad mortem*, or to the union of the *Missa Chrismalis* and the *Missa ad Vesperum* in one section. Gerbert notes that S. *alone* contains this section: but he may merely mean that the section is not in R., for the text as he gives it is evidently not taken from S., as some of the prayers are worded in the plural, while in S. they are in the singular. His text, except in this respect, corresponds for the most part with S^2, while S^1 generally is in closer agreement with V. [2] S. gives as the title *Feria v. Coenae Domini*: and places the rubric *Egreditur poenitens . . . in terra* before the three prayers which precede it in V. To these last S. gives the title *Orationes ad Missa* (sic). [3] *festa* S^1; V. S^2 Gerb. as text. [4] S^2 Gerb. omit *nobis*. [5] *ut* Gerb. [6] S^2 Gerb. insert *et*. [7] *laqueis aeterno suffragio absolvantur* S^2 Gerb.; V. S^1 as text. [8] *praeveniat* V.; S^1 Gerb. as text. [9] S. Gerb. place this rubric elsewhere (see note 2): they here have *Et antequam offerat postulat diaconus his verbis*. [10] *Execratio* S^2 Gerb.; V. S^1 as text. [11] *largitor* V.; S^1 Gerb. as text. [12] *laetitiae* V. [13] *improbabilium* V. S^1; S^2 Gerb. as text. [14] *Mandavit* V.; *Manducabit* S^1; S^2 Gerb. as text. [15] *prostratur* Gerb.; V. S. as text. [16] *cognosco* S. Gerb.; V. as text. [17] *suadente* Gerb.; V. S. as text. [18] V. S^1 insert *cum*, which S^2 Gerb. omit, no doubt rightly. [19] *misericordiam tuam* V. S^1 (ungrammatically). [20] *clementer exaudiens quem* S^2 Gerb.; V. (S^1?) as text. [21] *electio* V. S^1; S^2 Gerb. as text. [22] *deviaverat* S. Gerb.; V. as text. [23] *formator* V.; S. Gerb. as text. [24] S^2 Gerb. insert *beata*. [25] V. omits *Filii*; S. Gerb. as text. [26] *Vivifica hunc famulum tuum quem* S^2; *vivifica eos quos* Gerb.; V. (S^1?) as text. [27] *dereliquisti devios* Gerb. (which refers to the penitents in the plural throughout this prayer); V. S^1 as text (S^2 has *dereliquisti*). [28] *corruptum* V.; S^1 as text. [29] *supplices preces prosternimus* S^1; *suppliciter preces prosternimus* S^2 Gerb.; V. as text. [30] Tommasi's correction is here followed: V. has *ut imminentibus paene sentenciaequae*; the reading of S^1 is uncertain; Gerb. reads practically as text. [31] Gerb. omits *novis*. [32] S. Gerb. omit *poenitentem*. Gerb. words all these prayers in the plural. [33] *ad confessione* V.; S. Gerb. as text. [34] S. and Gerb. omit this prayer here, and place it after the Postcommunion of the *Missa*. V. repeats it after the *Reconciliatio poenitentis ad mortem*. [35] *suas* V. here; V. *infra*, S. Gerb. as text. [36] *peraccepta* V. here; V. *infra*, S. Gerb. as text. [37] *emersus* S^2; *emersi* Gerb.; V. S^1 as text. [38] *cuiusque* V.; S. as text (Gerb. has *eorumque*). [39] The part of Gerbert's text which answers to this portion of the text of V. is rightly marked by him as not found in S. or R. It does not agree with V. At a later point of his text, however, he prints from R. certain prayers with the title *Reconciliatio poenitentis ad mortem*, which agree with the first three of the series in V. more closely than those which he prints at p. 71. [40] *misericordiarum* R. [41] *poenitentiam* R.; Gerb. reads *poenitentia*; V. as text. [42] *unitate* R. [43] Pam. inserts *N.* [44] *introire* Pam.; V. R. as text. [45] *concede*, so V. R.; Gerb. proposes *converte*, which gives

a clearer sense, and is apparently supported by T. (Gerb. p. 71). [46] *longa . . . fame* V.; *longam . . . fame* R. [47] *multitudine indulgentiarum . . . concluderis* Gerb. [48] *pulsantis* V.; *pulsantibus* Gerb. [49] *termino non repellis* Gerb. [50] *hos famulos tuos* Gerb. (and similarly throughout). [51] Gerb. ends the prayer at this point. [52] Some word such as that suggested seems required to complete the sense. [53] *Oratioñ.* V. (see note 34). The title of the prayer in S. is *Oratio super penitenti posteaquam commuñ.* [54] *eis* V. here; V. *supra*, S. Gerb. as text. [55] *in sacramentis tuis* omitted by V. *supra*, inserted here by V. S. Gerb. perhaps with reference to the special use of the prayer. [56] This rubric is not in S. or Gerb., but see note 9. [57] *honorem* S¹; S² Gerb. substitute *celebranda*; V. as text: Tommasi suggests *honoranda*, as in xxvi *supra*. [58] *canone* V. [59] S. Gerb. have simply *Item infra actionem*. [60] S. Gerb. have no *super populum* in the corresponding *Missa*. [61] See note 20 on xxviii *supra*.

XL.

Item in Quinta Feria.

Missa Chrismatis [1].

Domine Deus, qui in regenerandis plebibus tuis ministerium [2] uteris sacerdotum, tribue nobis perseverantem in tua voluntate famulatum, ut dono gratiae tuae in diebus nostris et [3] merito et numero sacratus tibi populus augeatur. Per Dominum. S. Gerb. 72.

Da nobis, omnipotens Deus, remedia conditionis humanae et sincero tractare servitio et cum profectu [4] salutis implere. Per. S. Gerb. 72.

Secreta.

Huius sacrificii potentia, Domine, quaesumus, et vetustatem nostram clementer abstergat et novitatem nobis augeat et salutem [5]. Per. S. Gerb. 72.

VD. Clementiam tuam suppliciter obsecrare, ut spiritalis lavacri baptismum [6] renovandis creaturam chrismatis in sacramentum perfectae salutis vitaeque confirmes, ut sanctificatione unctionis infusa, corruptione primae nativitatis absorpta [7], sanctum uniuscuiusque templum acceptabilis vitae innocens odor [8] redolescat: ut secundum constitutionis tuae sacramentum regio et sacerdotali propheticoque honore perfusi, vestimento incorrupti muneris induantur. Per quem maiestatem tuam. γ Leofr. 94 Mur. 311.

555 *Infra actionem* [9], Communicantes, *ut supra.*

Hanc igitur oblationem famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerunt ob diem in qua Dominus noster Iesus Christus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui [10] mysteria celebranda, quaesumus, Domine, placatus accipias, S. Gerb. 72.

et tua pietate concedas, ut per multa curricula annorum salvi et incolumes munera sua tibi Domino mereantur offerre[11], diesque nostros. γ

Benedictio olei. Ad populum in his verbis, Istud oleum ad ungendos infirmos. *Ut autem veneris* Nobis quoque peccatoribus famulis tuis ; *et reliqua usque ad* Per Christum Dominum nostrum. *Et intras*[12].

S. Gerb. 74. Emitte, quaesumus, Domine, Spiritum sanctum[13] Paraclitum de caelis in hac pinguedine olei[14] quam de viridi ligno producere dignatus es ad refectionem mentis et corporis. Et tua sancta benedictio sit omni ungenti, gustanti[15], tangenti, tutamentum corporis, animae et spiritus, ad evacuandos omnes dolores, omnem infirmitatem, omnem aegritudinem mentis et corporis, unde unxisti sacerdotes, reges, et[16] prophetas, et martyres, chrisma tuum perfectum, a te, Domine, benedictum, permanens in visceribus nostris, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Per quem haec omnia, Domine, semper bona creas. *Et caetera*[17]. γ

Explcto enim canone dicis[18] Oremus. Praeceptis salutaribus moniti. *Sequitur oratio Dominica. Et iterum subsequitur alia oratio* Libera nos, quaesumus, Domine. *Ipsa expleta confrangis et tegis de sindone altaris munera et ascendis ad sedem. Ibique oblato a diacono alio oleo ad benedicendum et dicis* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Dicis*[18] Oremus. *Et intras.*

S. Gerb. 75. Deus incrementorum et profectuum spiritalium munerator[19], qui virtute sancti Spiritus tui imbecillarum mentium rudimenta confirmas, te oramus, Domine, ut venturis ad
beatae regenerationis lavacrum • tribuas per unctionem 556
istius creaturae purgationem mentis et corporis. Ut si quae illis adversantium spirituum inhaesere reliquiae[20] ad tactum sanctificati olei huius abscedant. Nullis[21] spiritalibus nequitiis locus, nulla refugis virtutibus sit facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur, sed venientibus ad fidem servis tuis, et sancti Spiritus[22] operatione mundandis sit unctionis huius praeparatio[23] utilis ad salutem, quam etiam per caelestis regenerationis nativitatem in sacramento sunt baptismatis adepturi. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare[24] saeculum per ignem.

Iterum dicis[25] Dominus vobiscum. S. Gerb. 75.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Resp. Habemus ad Dominum[26].

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Resp. Dignum et iustum est.

VD. Et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper hic et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. Qui in principio inter caetera bonitatis et pietatis[27] tuae munera terram producere fructifera ligna iussisti. Inter quae huius pinguissimi liquoris ministrae oleae nascerentur, quarum fructus sacro chrismati deserviret. Nam David prophetico spiritu gratiae tuae sacramenta praenoscens, vultus nostros in oleo exhilarandos esse cantavit. Et quum mundi crimina diluvio quondam expiarentur effuso[28] similitudinem futuri muneris columba demonstrans per olivae ramum pacem terris redditam nuntiavit. Quod in novissimis temporibus manifestis est effectibus declaratum, quum, baptismatis aquis omnium criminum commissa delentibus, haec olei unctio vultus nostros iocundos efficiat[29] ac serenos. Inde etiam Moysi famulo tuo mandata dedisti, ut Aaron fratrem suum prius aqua lotum per infusionem[30] huius unguenti constitueret[31] sacerdotem. Accessit ad hoc[32] amplior honor, quum Filius tuus, Dominus noster Iesus Christus, lavari a Ioanne undis Iordanicis exegisset, et[33] Spiritu sancto in columbae simi-
557 litudine desuper misso, Unigenitum tuum, * in quo tibi optime complacuisse testimonio subsequentis vocis ostenderes[34], hoc illud esse manifestissime comprobares, quod eum oleo laetitiae prae consortibus suis ungendum David propheta cecinisset. Te igitur deprecamur, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, ut huius creaturae pinguedinem sanctificare tua benedictione digneris et in sancti Spiritus immiscere[35] virtutem per potentiam[36] Christi tui, a cuius sancto nomine chrisma[37] nomen accepit, unde unxisti sacerdotes, reges, prophetas, et martyres tuos[38], ut sit his qui renati fuerint ex aqua et Spiritu sancto chrisma[37] salutis, eosque aeternae vitae participes et caelestis gloriae[39] facias esse consortes. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum. γ

ITEM OLEI EXORCIZATI CONFECTIO[40].

Hoc loco misces balsamum cum oleo et sequitur hic exorcismus[41].

Exorcizo te creatura olei, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii eius, et Spiritus sancti, ut in[42] hanc invocationem trinae potestatis, atque virtutem Deitatis, omnis nequissima virtus adversarii, omnis inveterata malitia diaboli, omnis violentiae[43] occursio, omne confusum et caecum phantasma, eradicare et effugare et discede[44] a creatura huius olei, ad utilitatem hominum constituta: ut fiat haec unctio divinis sacramentis purificata in adoptionem[45] carnis et spiritus eis qui ex eo ungueri[46] habent in remissionem omnium peccatorum; efficiatur in eis cor purum[47] ad omnem gratiam spiritalem sanctificatum. Per eundem Iesum Christum Dominum nostrum, qui venturus est in Spiritu sancto iudicare[48] vivos et mortuos et saeculum per ignem. Per Dominum.

VD. Omnipotens aeterne Deus, qui mysteriorum tuorum secreta revelans nemus ore columbae gestatum[49] Noe oculis ostendisti ut discerent habitatores arcae per Spiritum sanctum et olivae chrisma mundo liberationis gloriam[50] rever • suram. Per Dominum nostrum, Iesum Christum, 558
qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.

Hoc autem expleto, veniens[51] *ante altare, ponis in ore calicis de ipsa hostia: non dicis* Pax Domini, *nec faciunt pacem: sed communicant, et reservant de ipso sacrificio in crastinum unde communicent*[52].

ITEM IN FERIA V.

Missa ad vesperum[53].

Secreta.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 68. Men. 65. Pam. 249. xxxvii *supr.*

Suscipe, quaesumus, Domine, munus oblatum, et dignanter operare ut quod passionis mysterio gerimus, piis affectibus[54] consequamur. Per Dominum.

Leofr. 94. Men. 66. Pam. 565.

VD. Et iustum est. Per Christum Dominum nostrum. Quem in hac nocte inter sacras epulas increpantem mens sibi conscia traditoris ferre non potuit, sed apostolorum derelicto[55] consortio sanguinis pretium a Iudaeis accepit, ut vitam perderet quam distraxit. Coenavit igitur hodie pro-

ditor mortem suam, et cruentis manibus panem de manu Salvatoris exiturus accepit, ut saginatum cibo maior poena constringeret, quem nec suprema pietas[56] a scelere revocaret. Patitur itaque Dominus noster Iesus Christus Filius tuus cum hoste novissimum participare convivium, a quo se noverat continuo traditurum, ut exemplum innocentiae mundo reliqueret, et passionem suam pro saeculi redemptione suppleret. Pascit igitur mitis[57] Deus barbarum Iudam, et sustinet in mensam[58] crudelem convivam, donec se suo laqueo perderet[59] qui[60] de magistri sanguine cogitarat[61]. O Dominum per omnia patientem! O Agnum inter suas epulas mitem! adhuc cibum eius Iudas in ore ferebat, et ad lanianda membra eius Iudaeos carnifices[62] advocabat. Sed Filius tuus Dominus noster, tanquam pia hostia, et immolari se tibi pro nobis patienter permisit, et peccatum quod mundus commiserat relaxavit. Per ipsum[63] te Domine supplices deprecamur, supplici confessione dicentes. γ

559 *Infra canonem ut supra*[64].

Postcommun.

Concede, quaesumus Domine, ut percepti[65] novi sacramenti mysterium et corpore sentiamus et mente. Per. S. (*alibi.*) Gerb. 72. xxxviii *supra.*

Ad Populum.

Praesta, quaesumus, Domine, ut sicut de praeteritis ad nova[66] transimus, ita, vetustate deposita, sanctificatis mentibus innovemur. Per. S. (*alibi.*) [Gerb. 77.] Leon. 325.

[1] *Chrismatis*, so V. perhaps for *Chrismalis*. S. has '*Missa crismale.*' R. has not the *Missa*. [2] *ministerio* S² Gerb.; V. S¹ as text (ungrammatically). [3] *ut* V.; S¹ Gerb. as text. [4] *perfecto* V.; S. Gerb. as text. [5] *augeat salutem* V. (Tommasi reads *augeat salutarem*); S¹ Gerb. as text. [6] *baptismo* Leofr. Mur.; V. as text (ungrammatically). [7] *obsorbta* Leofr. [8] *odor*, so V. Leofr. Mur.; Tommasi substitutes *odore*: but perhaps the error is rather in *sanctum . . . templum*. [9] S. repeats the clauses *infra actionem* with the same variation from those in the previous *Missa* which is observed in V. They are not repeated in Gerb. [10] S. omits *sui* (at the end of a page). [11] *offerre. Per Christum. Quam oblationem* S. [12] For this direction S. has '*Item in ultimo antequam dicatur* Per quem haec omnia, Domine, *benedicis oleum pro infirmis sive pro populo his verbis.*' Gerb. varies the rubric, and inserts an exorcism before the form *Emitte* (see note 40). [13] S² Gerb. insert *tuum*. [14] *in hanc pinguedinem olivae* S² Gerb.; V. S¹ as text (ungrammatically). [15] Gerb. omits *gustanti*: there is an erasure in S. [16] S. Gerb. omit *et*. [17] S. adds *usque per omnia saecula saeculorum*, and proceeds '*Postea oblato a diacono alio oleo ad benedicendum, et sic dicis* Dominus vobiscum'; Gerb. inserts an exorcism before the Benediction. [18] *dicit* V. [19] *remunerator* S. Gerb.; V. as text. [20] *inherere reliquiae* V.; *illis maculae adversantium spirituum inheserunt reliquae* S.; *illis maculae adv. sp. inhaesere reliquiae* Gerb. [21] *Nullus* Gerb.; V. S¹ as

text. [22] S^2 Gerb. insert *tui*. [23] S^1 inserts *illis*, which S^2 omits. [24] S. has in the margin (original hand) *vivos et mortuos et*. [25] S. has here '*Post haec miscis balsamum cum alio oleo et benedicis crisma in his verbis.*' [26] *a Domino* V. [27] S^1 omits *et pietatis*. [28] V. inserts *in*; S. Gerb. as text. [29] *efficit* Gerb.; V. S. as text. [30] *infusione* V. (ungrammatically); S. Gerb. as text. [31] *constituerit* V. (probably for *constitueret*); S. Gerb. as text. [32] *adhuc* (for *ad hoc*) S. Gerb.; V. as text. [33] *ut* S. Gerb.; V. as text. [34] S^2 Gerb. insert *et*; V. S^1 as text. [35] *et sancti Spiritus ei admiscere* S. Gerb.; V. as text. [36] *cooperante potentia* S. Gerb.; V. as text. [37] *chisma* V. [38] S^2 Gerb. omit *tuos*. [39] *regni* S. Gerb.; V. as text. [40] S. has at this point '*Hoc expleto, veniens ante altare, dicis*, Oremus. Praeceptis salutaribus moniti. *Sequitur Oratio Dominica. Postea* Libera nos Domine. *Et communicant.*' Then follow in order the Postcommunion and *Oratio super Populum* of the *Missa* (the same which appear in V. for the *Missa ad Vesperum*). After these comes '*Item oleo exorcizato* (sic) *confectio*,' followed by the same two forms as in V. Gerb. has only the exorcism, placed before the Benediction of the Oil of the Sick (see note 12). [41] As to this direction see note 25, *supra*. V. reads *hoc exorcismum*. [42] *ad* S^2 Gerb.; V. S^1 as text (perhaps ungrammatically, for *in hac invocatione . . . virtute*). [43] *violenta* S. Gerb.; V. as text. [44] *eradiceris, effugeris et discedas* S^2 Gerb.; S^1 has *discedere*, otherwise V. S^1 as text (ungrammatically). [45] *adoptione* V.; S. Gerb. as text. [46] *eisque ex eo unguere* V.; S^1 as text: S^2 Gerb. correct the barbarous form *ungueri* to *ungi*. [47] *corporum* V. S^1; S^2 Gerb. as text. [48] *iudicare in Spiritu sancto* S.; V. Gerb. as text. [49] *testatum* V.; S^1 as text; S^2 Gerb. alter *nemus* to *munus*. [50] *gratiam* S^2 Gerb.; V. S^1 as text. [51] *venies* V. [52] These directions do not, of course, appear in S. or Gerb. at this point (see note 40). [53] R. S. also recognize this late Mass, providing two Collects, Secret, clauses *infra canonem*, and Postcommunion, '*Ad Mis. Sero.*' (perhaps '*ad Missam Serotinam*'). The forms given, however, are not the same as those in V., except the clauses *infra canonem*. [54] *effectibus* V. here; V. in xxxvii *supra*, R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [55] *relicto* Men. Pam. Leofr.; V. as text. [56] *sub praemia pietas* V.; Pam. Men. Leofr. alter to *quem nec sacrati cibi collatio* [57] *Pascitur mitis* Men.; V. Pam. Leofr. as text. [58] *in mensam*, so V. (probably ungrammatically); *immitem Iudam et sustinet pius crudelem* Pam. Men.; *immitem et sustinet prius crudelem* Leofr. [59] *convivam, qui merito laqueo suo periturus erat* Pam. Men. Leofr.; V. as text. [60] *quod* Pam.; *quia* Men. Leofr.; V. as text. [61] *cogitaret* V. [62] *ferebat et quibus eum traderet persecutores* Pam. Men. Leofr. [63] *Per quem*, &c. Pam. Leofr.; Men. inserts some further clauses. [64] In S. the *Hanc igitur* runs '*servitutis nostrae sed et cunctae familiae tuae.*' [65] *perceptum* V. here; S. Gerb. V. in xxxviii *supra* as text. [66] *novam* V.; Leon. inserts *sacramenta*; S. Gerb. as text.

XLI.

Incipit Ordo de Feria vi, Passione Domini.

Hora nona[1] *procedunt omnes ad ecclesiam; et ponitur sancta crux super altare. Et egreditur sacerdos de sacrario cum sacris ordinibus, cum silentio, nihil canentes, et veniunt ante altare, postulans sacerdos pro se orare, et dicit*[2]: Oremus. *Et annuntiat diaconus*: Flectamus genua. *Et post paululum dicit*: Levate. *Et dat Orationem.*

R. S. Gerb. 78. Pam. 250. Men. 62. Deus, a quo et Iudas[3] reatus sui poenam, et confessionis suae latro praemium sumpsit, concede nobis tuae propitiationis[4] effectum; ut sicut[5] passione sua Christus Dominus

noster diversa utrisque intulit stipendia meritorum, ita[6] nobis, ablato vetustatis errore, resurrectionis suae gratiam largiatur. Qui tecum vivit. γ

Ista oratione expleta vadis retro altare et legitur lectio. Deinde sequitur responsorium.

Iterum dicit sacerdos: Oremus. *Et annuntiat diaconus ut supra, et sequitur alia oratio*[7].

Deus, qui peccati veteris haereditariam mortem, in qua R.
posteritatis genus omne successerat, Christi tui Domini Gerb. 78. Pam. 253.
nostri passione solvisti, dona[8] ut conformes eidem[9] facti, sicut imaginem terreni naturae necessitate portavimus, ita imaginem caelestis gratiae sanctificatione portemus, Christi Domini nostri. Qui tecum vivit[10]. γ

560 *Item sequitur lectio et responsorium. Inde vero legitur Passio Domini. Ipsa expleta, incipit sacerdos orationes solemnes, quae sequuntur.*

Oremus, dilectissimi nobis, in primis pro ecclesia sancta R. S.
Dei ut eam[11] Deus et Dominus noster pacificare, adunare, Gerb. 79. Pam. 254.
et custodire dignetur per universum orbem terrarum[12], Men. 63.
subiciens ei principatus et potestates, detque nobis tranquillam et quietam vitam degentibus glorificare Deum Patrem omnipotentem. Oremus. γ

Annuntiat diaconus: Flectamus genua. *Iterum dicit:* Levate[13].

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriam tuam[14] om- R. S.
nibus in Christo gentibus revelasti, custodi opera miseri- Gerb. 79. Pam. 254.
cordiae tuae, ut ecclesia tua[15] toto orbe diffusa stabili fide Men. 63.
in confessione[16] tui nominis perseveret. Per. γ

Oremus et pro beatissimo papa nostro[17] *Ill.* et pro R. S.
antistite nostro *Ill.*[18] ut Deus omnipotens qui elegit eos[19] Gerb. 79. Pam. 254.
in ordine[20] episcopatus salvos[19] et incolumes[19] custodiat Men. 63.
ecclesiae suae sanctae ad regendum populum sanctum Dei. γ Oremus[21].

Item annuntiat diaconus ut supra.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius aeterno iudicio R. S.
universa fundantur, respice propitius ad preces nostras et Gerb. 79. Pam. 254.
electos[22] a te nobis antistites tua pietate conserva, ut Men. 63.
Christiana plebs quae talibus gubernatur auctoribus sub tantos pontifices[23] credulitatis suae meritis augeatur. Per. γ

R. S. Gerb. 79. Pam. 254. Men. 63.

Oremus et pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, acolytis, exorcistis, lectoribus, ostiariis, confessoribus, virginibus, viduis, et pro omni populo sancto Dei. γ Oremus.

Item annuntiat diaconus ut supra.

R. S. Gerb. 79. Pam. 254. Men. 63.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius Spiritu totum corpus ecclesiae sanctificatur et regitur, exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes, ut gratiae tuae munere ab omnibus [tibi gradibus][24] fideliter serviatur. Per. γ

R. S. Gerb. 79. Pam. 254. Men. 63.

•Oremus et pro Christianissimo imperatore vel rege 561
nostro[25] *Ill.*, ut Deus omnipotens[26] subditas illis[27] faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem. γ Oremus.

Item annuntiat diaconus ut supra.

R. S. Gerb. 79. Pam. 255. Men. 63.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regnis omnibus aeterna potestate dominaris[28], respice propitius ad Romanum sive Francorum[29] benignus imperium, ut gentes quae in sua feritate confidunt dexterae tuae potentia[30] comprimantur. Per. γ

R. S. Gerb. 79. Pam. 255. Men. 63.

Oremus et pro catechumenis nostris, ut Deus et Dominus noster adaperiat aures praecordiorum ipsorum[31], ianuamque misericordiae, ut per lavacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum, digni[32] inveniantur in Christo Iesu Domino nostro. γ Oremus.

Annuntiat diaconus ut supra.

R. S. Gerb. 79. Pam. 255. Men. 63.

Omnipotens sempiterne Deus, qui ecclesiam tuam nova semper prole fecundas, auge fidem et intellectum catechumenis nostris, ut renati fonte baptismatis, adoptionis tuae filiis aggregentur. Per. γ

R. S. Gerb. 80. Pam. 255. Men. 63.

Oremus, dilectissimi nobis, Deum Patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus, morbos auferat, famem depellat, aperiat carceres, vincula dissolvat, peregrinantibus reditum, infirmantibus sanitatem, navigantibus portum salutis indulgeat. γ Oremus.

Annuntiat diaconus ut supra.

R. S. Gerb. 80. Pam. 255. Men. 64.

Omnipotens sempiterne Deus, moestorum consolatio, laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium, ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum. γ

Oremus et pro haereticis et schismaticis, ut Deus et[33] Dominus noster eruat eos ab erroribus universis, et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam R. S. Gerb. 80. Pam. 255. Men. 64.
562 revocare dignetur[34]. γ. Oremus.
Annuntiat diaconus ut supra.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnes salvas[35] et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni haeretica perversitate depulsa[36] errantium corda resipiscant et ad veritatis tuae redeant firmitatem. Per Dominum. γ R. S. Gerb. 80. Pam. 255. Men. 64.

Oremus et pro perfidis Iudaeis, ut Deus et Dominus noster auferat velamen de cordibus eorum, ut et ipsi cognoscant[37] Christum Iesum Dominum nostrum. γ Oremus. R. S. Gerb. 80. Pam. 256. Men. 64.
Annuntiat diaconus ut supra.

Omnipotens sempiterne Deus, qui etiam Iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis, exaudi preces nostras, quas tibi[38] pro illius populi obcaecatione deferimus, ut cognita veritatis tuae luce, quae Christus est, a suis tenebris eruantur. Per Dominum. γ R. S. Gerb. 80. Pam. 256. Men. 64.

Oremus et pro paganis, ut Deus omnipotens auferat iniquitatem[39] a cordibus eorum, et relictis idolis suis, convertantur ad Deum[40] verum, et unicum Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, cum quo vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti[41]. γ Oremus. R. S. Gerb. 80. Pam. 256. Men. 64.
Annuntiat diaconus ut supra.

Omnipotens sempiterne Deus qui non mortem peccatorum sed vitam semper inquiris, suscipe propitius orationem nostram, et libera eos ab idolorum cultura, et aggrega ecclesiae tuae sanctae ad laudem et gloriam nominis tui. Per. γ R. S. Gerb. 80. Pam. 256. Men. 64.

Istas orationes supra scriptas expletas[42], ingrediuntur diaconi in sacrario[42]. Procedunt cum corpore et sanguinis[42] Domini quod ante die remansit: et ponunt super altare. Et venit sacerdos ante altare, adorans crucem Domini et osculans. Et dicit Oremus. *Et sequitur* Praeceptis salutaribus moniti, *et oratio Dominica. Inde* Libera nos Domine quaesumus. *Haec omnia expleta[42], adorant omnes sanctam crucem et communicant.* R.

[1] R. has in place of these directions only the heading *Fr̄. vi. oratio quae dicende sunt maiore mane in Hierusalem*. S. has *Orā. quę dicende sunt sexta fr̄. maiore mane in Hieruš.* [2] So V. (ungrammatically, if *et* is to be retained). [3] R. S. insert *proditor.* [4] *nobis piae petitionis* R. S.; V. Gerb. as text. [5] R. S. Gerb. Pam. Men. insert *in*; V. as text. [6] S. inserts *in*; V. R. Gerb. Pam. Men. as text. [7] S. has only one Collect, after which follows the rubric 'Secuntur due lec. quas in capitulare commemora. una in oseae. alia in exodo cum respunsuriis suis. Inde sequitur Euangł. Pās. Dn̄i. Item secuntur or. solemnes.' Both R. and Gerb. recognize two lections each preceded by a Collect, and followed by a *responsorium* (called in Gerb. Gradual and Tract: they are not the same in both), before the reading of the Passion. [8] *da* R. Gerb. Pam.; V. as text. [9] *eiusdem* R. Gerb. Pam.; V. as text. [10] *portemus. Per eundem* R. Gerb. Pam.; V. as text. [11] *etiam* V. (corrected by Tommasi); R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [12] *dignetur toto orbe terrarum* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [13] S. has 'Oremus. *Et dicit diaconus* Flectamus genua. *Postquam oraverint dicit* Levate.' But the directions for the deacon's proclamations are not, as in R. V., repeated before each prayer. [14] V. inserts *in*; R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [15] Pam. Gerb. omit *tua*. [16] *confessionem* V. [17] R. inserts *sedis apostolicae*. [18] S. Gerb. Pam. Men. omit *et pro antistite nostro Ill.*; V. R. as text. [19] *eum . . . salvum . . . incolumem* S. Gerb. Pam. Men. [20] *ordinem* Gerb. Pam. Men.; V. R. S. as text (probably ungrammatically). [21] In the margin of S. opposite this and each of the following forms of 'bidding' is a character which appears to be the letter K (possibly intended as an abbreviation of *Cantor*). Opposite each prayer is written 'Or̄.' [22] *electum* S. Gerb. Pam. Men. (which have the singular throughout). [23] *Tantos pontifices*, so V. (ungrammatically). [24] V. omits *tibi gradibus*, but the omission is probably accidental. [25] *Christianissimis imperatoribus nostris vel rege nostro Ill.* R.; *Christianissimis imperatoribus nostris* S.; *Christianissimo imperatore nostro* Pam. Gerb.; *Christianissimo rege nostro* Men.; V. as text. [26] *Deus et Dominus noster* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [27] *illi* Gerb. Pam. Men.; V. as text (perhaps copied from a text which read *imperatoribus*, like R. S., but more likely because *vel* is conjunctive and the prayer which follows is for the Emperor *and* the King. [28] Gerb. Pam. Men. have (after *Deus*) *in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura regnorum*; V. R. S. as text. [29] *ad Romanorum atque Francorum* R. Men.; *ad Romanorum* S[1]; *ad Romanorum* Pam.; *ad Christianum* S[2] Gerb.; V. as text. [30] *potentiae tuae dextera* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [31] S[1] omits *ipsorum*, for which R. S[2] insert *eorum*. [32] *et ipsi* (for *digni*) Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text. [33] *ac* R. S. Gerb. Men.; V. Pam. as text. [34] V. adds *Per.* [35] *salvas omnes* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [36] *pravitate deposita* Gerb. Pam. Men.; *pravitate depulsa* R.; V. S. as text. [37] *agnoscant* Gerb. Pam. Men.; V. R. S. as text. [38] Gerb. Pam. Men. omit *tibi*; V. R. S. as text. [39] *iniquitates* S. [40] S[2] Gerb. Pam. Men. insert *vivum et*; V. R. S[1] as text. [41] *regnat cum Spiritu sancto Deus, per*, &c. Gerb. Pam. Men.; V. R. S. as text, R. S. adding *per omnia*, &c. [42] So V. (ungrammatically): these directions are not in S., which passes on at once to the *Benedictio Cerei*. R. agrees with the ungrammatical readings of V. (save that it has *expleti* for *expleta*).

XLII.

SABBATORUM DIE. 563

Mane reddunt infantes symbolum. Prius catechizas eos, imposita super capita eorum manu, his verbis[1]:—

R. Gerb. 252. Martène lib. I. cap. i.

Nec te latet, Satanas, imminere tibi poenas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicii, diem supplicii, diem qui venturus est velut clibanus ardens, in quo tibi atque universis angelis tuis aeternus veniet interitus. Pro-

inde, damnate, da honorem Deo vivo et vero, da honorem Iesu Christo Filio eius, et Spiritui sancto, in cuius nomine atque virtute praecipio tibi [2] ut exeas et recedas ab hoc famulo Dei, quem hodie Dominus Deus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono [3] vocare dignatus est, ut fiat eius templum per aquam regenerationis in remissionem [4] omnium peccatorum, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. ℣

Inde tangis ei nares et aures de sputo, et dicis ei ad aurem [5]*:*

Effeta [6], quod est adaperire, in odorem suavitatis. Tu autem effugare, diabole, appropinquavit enim iudicium Dei.

Postea vero tangis ei pectus et inter scapulas de oleo exorcizato, et vocato nomine, singulis dicis [7] *:*

Abrenuntias Satanae?

Resp. Abrenuntio.

Et omnibus operibus eius?

Resp. Abrenuntio.

Et omnibus pompis eius?

Resp. Abrenuntio.

Inde vero dicis symbolum, imposita manu super capita ipsorum. Postea vero dicitur eis ab archidiacono:

Orate, electi, flectite genua. Complete orationem vestram in unum, et dicite, Amen. *Et respondent omnes,* Amen.

Iterum admonentur ab archidiacono his verbis:

Catechumeni recedant. Omnes catechumeni exeant foras [8].

564 *Iterum dicit diaconus:*

Filii carissimi revertimini in locis vestris [9], expectantes [10] horam qua possit circa vos Dei gratia baptismum operare.

SEQUITUR ORDO QUALITER SABBATO SANCTO AD VIGILIAM INGREDIANTUR [11].

Primitus enim viii hora diei mediante procedunt ad ecclesiam, et ingrediuntur in sacrario [12], *et induunt se vestimentis sicut mos est. Et incipit clerus litania* [12], *et procedit sacerdos de sacrario cum ordinibus sacris. Veniunt ante altare stantes inclinato capite usquedum dicent*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere. *Deinde veniens*[12] *archidiaconus ante altare, accipiens*[12] *de lumine quod vi feria absconsum fuit, faciens*[12] *crucem super cereum, et illuminans*[12] *eum, et completur ab ipso benedictio cerei.*

Mur. ii. 145. Gerb. ii. 205.

Deus, mundi conditor, auctor luminis, siderum fabricator, Deus qui iacentem mundum in tenebris luce perspicua retexisti, Deus per quem ineffabili potentia omnium claritas sumpsit exordium, te in tuis operibus invocantes, in hac sacratissima noctis vigilia de donis tuis cereum[13] tuae suppliciter offerimus maiestati, non adipe carnis pollutum, non[14] profana unctione vitiatum, non sacrilego igne contactum, sed cera, oleo, atque papyro[15] constructum[16], in tui nominis honore[17] succensum, obsequio religiosae devotionis offerimus. Magnum igitur mysterium, et noctis huius mirabile sacramentum, dignis necesse est laudibus cumulari[18]. In quo Dominicae resurrectionis miraculo diem sibi introductum tenebrae inveteratae senserunt, et mors quae olim fuerat aeterna nocte damnata, inserto veri fulgoris lumine[19], captivam se trahi Dominicis triumphis obstupuit, et[20] quod praevaricante primoplasto[21] tenebrosa praesumptione fuerat in servitute[22] damnatum, huius noctis miraculo splendore libertatis[23] irradiat. Ad huius ergo festivitatis reverentiam fervore spiritus * descendentes, 565
quantum devotio humana exigit, tibi Deo fulgore flammarum placita[24] luminaria exhibemus, ut dum haec fide integra persolvuntur, creaturae tuae etiam praeconia extollantur[25]. Flammae lux quippe dicenda est per quam[26] potestas Deitatis Moysi apparere dignata est, quae de terra servitutis populo exeunti salutifero lumine ducatum exhibuit, quae tribus pueris in camino sententia tyranni depositis vitam blandimentis mollioribus reservavit. Nam ut[27], praecedente huius luminis gratia[28], tenebrarum horror excluditur, ita, Domine, lucescente maiestatis tuae imperio, peccatorum sarcinae diluuntur[29]. Quum igitur huius substantiae miramur exordium, apum necesse est laudemus originem. Apes vero sunt frugales in sumptibus, in procreatione castissimae. Aedificant cellulas cereo[30] liquore fundatas quarum[31] humanae peritiae ars magistra non coaequat[31]. Legunt pedibus flores, et nullum damnum in[32] floribus invenitur. Partus non edunt, sed ore legentes

concepti fetus reddunt examina, sicut exemplo mirabili Christus ore paterno processit. Fecunda est in his sine partu virginitas, quam utique Dominus sequi[33] dignatus carnalem se matrem habere virginitatis amore constituit. Talia igitur, Domine, digne[34] sacris altaribus tuis munera offeruntur, quibus te laetari religio Christiana non ambigit.

Benedictio super incensum[35].

Veniat ergo, omnipotens Deus, super hunc incensum larga tuae benedictionis infusio, et hunc nocturnum splendorem, invisibilis regnator, intende; ut non solum sacrificium quod hac nocte litatum est arcana luminis tui admixtione refulgeat, sed quocumque loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit mysterio deportatum, expulsa diabolica fraudis nequitia, virtus tuae maiestatis[36] assistat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen. γ Mur. ii. 146.

Post hoc surgens sacerdos a sede sua, dicit orationes de vigilia Paschae, sicut in Sacramentorum[37] *continetur.*

[1] S. has not any form for the *Redditio Symboli*: but it has a trace of the ceremony in the rubric *Sabbato sancto postquam reddunt symbolum et catechizantur infantes impletur cerei benedictio.* R. contains the form as part of the *Ordo Baptisterii* (see Gerb. p. 252), but unfortunately some liquid has been spilt on this part of the MS., which has rendered the rubrics almost entirely illegible, except that at the beginning of the section, which is not correctly reproduced by Gerb. It runs *Sabbatorum diae mane reddentes symbolū prius cathacizas eos Inposita super caput eorum manu his verbis.* The form given by Martène (*de Ant. Eccl. Rit.* lib. 1. cap. i.) from the Codex Gellonensis is in pretty close agreement with V. and R. Its readings are occasionally noted below (cited as Gell.). [2] R. inserts *quicumque es spiritus immunde.* [3] Gerb. inserts *Spiritus sancti*, but the words are not in R. [4] *remissione* R. [5] This rubric is illegible in R.; Gell. has *Deinde tangit eos presbyter per singulos nares et aures de sputo oris sui dicens* [? *ad*] *unumquemque aurem.* [6] *Effecta* V.; Gell. has *Effeta* twice; R. as text. [7] This rubric also is illegible in R.: in Gell. the unction and interrogatories are concurrent. After the conclusion of the latter R. inserts '*Dicit presbyter* Ego te linio de oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro in vitam aeternam. Amen.' After the recitation of the Creed R. inserts interrogations as to the belief of the catechumens similar to those in the Baptismal Order of V. (xliv *inf.*) and after the response to the last of these proceeds, '*Complete orationem vestram,*' &c. [8] *foris* V. [9] *locis vestris* R.; V. Gell. as text (all ungrammatically). [10] *et expectantes* V. R.; Gell. as text: but perhaps *expectantes* = *expectantes estote.* [11] The rubrics of this *Ordo* are not in R. S. or Gerb., which give the more ordinary form for the *Benedictio cerei.* The form given in V. has been compared with the text given by Gerbert, vol. ii. p. 205, from a twelfth cent. Vienna MS. (cited as Gerb.) and with that given in Muratori's Gregorian Sacramentary (*Lit. Rom. Vet.* ii. 145). The latter is cited as Mur. [12] So V. (ungrammatically). [13] Gerb. omits *cereum.* [14] *nec* Mur.; V. Gerb. as text. [15] *sed cera atque stuppa* Gerb. [16] *constrictum* V. [17] *honorem* Mur. [18] *cumulare* Mur. [19] *in fonte veri fulgoris et lumine* Gerb.; V. Mur. as text. [20] *at* Mur. [21] *primo plaustro* V.; *protoplasto* Gerb.; Mur. as text. [22] *servitutem* Gerb. (and so

Tommasi): V. Mur. as text, not necessarily ungrammatically. [23] *liberatis* V.; Mur. Gerb. as text. [24] *placida* V. Mur.; Gerb. as text. [25] *extollentur* V. [26] *per quem* V. [27] *et* Gerb. [28] *huius gratia luminis* Gerb. [29] *deluantur* V. [30] *caere* V.; Mur. Gerb. as text. [31] *fundatus quarum* V.; *fundatas; quarum . . . coaequat* Mur.; *fundatas, quibus . . . coaequatur* Gerb.; Tommasi reads *fundatas, quas . . . coaequat*: but it seems just possible that *fundatas* may be a substantival form. [32] Gerb. omits *in*. [33] Mur. omits *sequi*. [34] *dignae* V.; *digna* Mur. Gerb. [35] Gerb. does not contain this Benediction. [36] *virtutis tuae majestas* Mur. [37] Probably the word *libro* should be inserted. This reference to a *liber Sacramentorum* suggests that the form has been copied in V. from a MS. of another kind, to which this name would not apply, the final rubric having been copied as well as the rest, without regard to the fact that the prayers in question follow immediately in V.

XLIII.

ORATIONES PER SINGULAS LECTIONES IN SABBATO SANCTO[1]. 566

R. S. (1) Gerb. 83. Mur. ii. 147. Deus, qui divitias misericordiae tuae in hac praecipue nocte largiris, propitiare universo ordini sacerdotalis officii, et omnes gradus famulatus nostri perfecta delictorum remissione sanctifica, ut ministraturos regeneratrici[2] gratiae tuae nulli esse obnoxios patiaris offensae[3]. Per. γ

Sequitur lectio: In principio fecit Deus.

R. S. (3) Gerb. 83. Mur. ii. 147. Deus, incommutabilis virtus, lumen aeternum, respice propitius ad totius[4] ecclesiae tuae mirabile sacramentum, et opus salutis humanae perpetuae dispositionis affectu tranquillus[5] operare, totusque mundus experiatur et videat deiecta erigi, inveterata novari, et per ipsum redire omnia in integrum, a quo sumpsere principium. Per. γ

Sequitur de Noe.

R. S. (10) Gerb. 84. Mur. ii. 149. Omnipotens sempiterne Deus, qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es, intelligant redempti tui non fuisse excellentius quod initio factus est mundus, quam quod in fine[6] saeculorum Pascha nostrum immolatus est Christus. Per eundem Dominum[7]. γ

De Abraham tertia.

R. S. (4) Gerb. 83. Mur. ii. 148. Deus, fidelium Pater summe, qui in toto orbe terrarum promissionis tuae filios diffusa adoptione[8] multiplicas et per paschale sacramentum Abraham puerum tuum universarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem, da populis tuis digne ad gratiam tuae vocationis intrare. Per. γ

In Exodo quarta, cum cantico Cantemus Domino.

R. S. (5) Cf. Gerb. 83. Deus[9], cuius antiqua miracula etiam nostris saeculis coruscare sentimus, dum quod uni populo a persecutione

Aegyptia liberando dexterae tuae potentia contulisti, id in Mur. ii.
salutem gentium per aquam regenerationis operaris, praesta 148.
567 ut et in * Abrahae filios et in Israeliticam dignitatem
totius mundi transeat plenitudo. Per. γ

In Esaia v.

Omnipotens sempiterne Deus, multiplica in honore[10] R. S. (6)
nominis tui quod patrum fidei spopondisti[11] et promissionis Gerb. 83. Mur. ii.
filios sacra adoptione dilata, ut quod priores sancti non 148.
dubitaverunt futurum, ecclesia tua magna iam parte cognoscat impletum. Per. γ

In Ezechiel vi.

Deus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentum R. S. (8)
utriusque[12] testamenti paginis imbuisti, da nobis intelligere Gerb. 84. Mur. ii.
misericordias tuas[13], ut ex perceptione praesentium mune- 148.
rum firma sit expectatio futurorum. Per. γ

vii in Esaia cum cantico Vinea Domini.

Deus, qui in omnibus ecclesiae tuae filiis sanctorum R. S. (9)
prophetarum voce manifestasti in omni loco dominationis Gerb. 84. Mur. ii.
tuae satorem te bonorum seminum, et electorum palmitum 149.
esse cultorem[14], tribue populis tuis, qui et vinearum apud te nomine censentur et segetum, ut[15] spinarum et tribulorum squalore resecato digni[16] efficiantur fruge fecundi. Per. γ

Item in Exodo viii.

Deus, qui diversitatem omnium gentium in confessione R. S. (11)
tui nominis unum esse fecisti[17], da nobis et velle et posse Gerb. 84. Mur. ii.
quod[18] praecipis, ut populo ad aeternitatem vocato una sit 149.
fides mentium et pietas actionum. Per. γ

ix In Deuteronomio, cum cantico.

Deus celsitudo humilium, et fortitudo rectorum; qui per R. S. (12)
sanctum Moysen puerum tuum ita erudire populos tuos Gerb. 84. Mur. ii.
sacri carminis tui decantatione voluisti, ut illa legis iteratio 149.
fieret etiam nostra directio, excita in omnem iustificatarum gentium plenitudinem potentiam tuam, et [da[19]] laetitiam mitigando terrorem, ut, omnium peccatis tua remissione deletis, quod denuntiatum est in ultionem[20] transeat in salutem. Per. γ

568 *In Daniele x.*

Omnipotens sempiterne Deus, spes unica mundi, qui R. S. (13)
prophetarum tuorum praeconio praesentium temporum Gerb. 84. Mur. ii. 150.

declarasti mysteria, auge populi tui vota placatus, quia in nullo fidelium, nisi ex tua inspiratione, proveniunt quarumlibet incrementa virtutum. Per. γ

Oratio post psalmum xli.

R. S. (14) Gerb. 84. Mur. ii. 150.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius ad devotionem populi renascentis, qui sicut cervus aquarum expectat[21] fontem; et concede propitius ut fidei ipsius sitis baptismatis mysterio animam corpusque sanctificet. [Per.] γ

Inde procedunt ad fontes cum litania ad baptizandum[22]. *Baptismum expletum*[23], *consignantur ipsi infantes ab episcopo, dum accipiunt septem dona gratiae Spiritus sancti, et mittit chrisma in frontibus eorum. Postea vero ipse sacerdos revertit*[23] *cum omnibus ordinibus in sacrario*[23]*; et post paululum incipiunt tertiam litaniam; et ingrediuntur ad missas in vigilia, ut stella in caelo apparuerit. Et sic temperent, ut in trinitate numero*[23] *ipsae litaniae fiant.*

[1] R. S. and Gerb. give the same series of prayers and lections which appears in the supplemental portion of Muratori's Gregorian Sacramentary (including the prayer there appended to the *Benedictio cerei*, which in R. S. Gerb. as in V. is the first of the series), and in the same order. V. lacks two prayers (the second and seventh of the series in R. S. Gerb.) and two lections, as compared with the others, and it seems possible that this is due to accident: but the prayers are also arranged somewhat differently in V. [2] *regenerati* V.; R. S. Gerb. Mur. as text. [3] *offendi* V.; R. S. Gerb. Mur. as text. [4] S. Gerb. omit *ad totius*; V. R. Mur. as text. [5] *tranquillius* Mur.; V. R. S. Gerb. as text. [6] *finem* V. [7] R. ends with *Per dominum*; S^1 with *Qui cum patre*, &c.; S^2 Gerb. Mur. with *Qui tecum*, &c. [8] *diffusa adoptionis gratia* S. Gerb.; R. has *diffusa adoptionis*; V. Mur. as text. [9] Gerb. has this prayer in a different recension (as in Mur. ii. 62); V. R. S. Mur. (148) agree. [10] *honorem* Mur.; V. R. S. Gerb. as text. [11] *spondisti* V., and perhaps S^1. [12] *utrisque* V. S^1. [13] *misericordiam tuam* S^2 Gerb.; V. R. (S^1?) Mur. as text. [14] *cultore* V. [15] S^1 omits *ut*. [16] *digna* S^2 Gerb.; V. R. S^1 Mur. as text. [17] *nominis effecisti* S^1; *nominis adunasti* S^2 Gerb. Mur.; V. R. as text (except that R. reads *effecisti*). [18] *quae* Gerb. [19] V. omits *da*; R. S. Gerb. Mur. as text. [20] *ultione* R. S^1; V. Gerb. Mur. as text. [21] *aquarum expetit* Mur. Gerb.; *aquarum tuarum expetit* S^2, Gerb. (marg.); V. R. (S^1?) as text. [22] R. S. have *Inde descendis cum letania ad Fontem*: and have nothing corresponding to the rubric following. [23] So V. (ungrammatically).

XLIV.

INDE DESCENDIS CUM LITANIA AD FONTEM. BENEDICTIO FONTIS[1].

R. Gerb. 85. Pam. 266. Mur. ii. 63. Sacr. Gall. A.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnae pietatis tuae mysteriis, adesto sacramentis, et ad creandos novos populos[2] quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte; et[3] quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio tuae virtutis compleatur effectu. Per. γ

ITEM CONSECRATIO FONTIS.

Deus[4], qui invisibili potentia tua sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum[5], et licet nos tantis mysteriis exequendis simus indigni, tu tamen gratiae tuae dona non
569 deserens[6] etiam ad no*stras preces aures tuae pietatis inclina. Deus cuius Spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur, ut iam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet; Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens, regenerationis speciem in ipsa diluvii effusione signasti, [ut][7] unius eiusdemque elementi mysterio et finis esset vitiis et origo virtutum[8]; respice, Domine, in faciem ecclesiae tuae et multiplica in ea generationes tuas, qui gratiae tuae[9] effluentis[10] impetu[11] laetificas civitatem tuam, fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis, ut tuae maiestatis imperio sumat Unigeniti tui gratiam de Spiritu sancto, qui hanc aquam regenerandis hominibus praeparatam arcana sui luminis admixtione fecundet, ut, sanctificatione concepta, ab immaculato divini fontis utero in novam renata[12] creaturam progenies caelestis emergat, et quos aut sexus in corpore aut aetas discernit in tempore omnes in una[13] pariat gratia mater infantia[13]. Procul ergo hinc iubente te, Domine, omnis spiritus immundus abscedat, procul tota nequitia diabolicae fraudis absistat, non insidiando circumvolet, non latendo subripiat, non inficiendo corrumpat. Sit haec sancta et innocens creatura libera ab omni impugnatoris incursu, et totius nequitiae purgata discessu. Sit fons vivus, aqua[14] regenerans, unda purificans, ut omnes hoc lavacro salutifero diluendi, operante in eis Spiritu sancto, perfectae[15] purgationis indulgentiam consequantur[16].

Hic signas.

Unde benedico te, creatura aquae, per Deum vivum, per Deum sanctum, per Deum[17] qui te in principio verbo separavit ab arida[18] et in quatuor fluminibus totam terram rigare praecepit, qui te in deserto amaram suavitate indita[19] fecit esse potabilem et sitienti populo de petra produxit. Benedico te et per Iesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui te in Cana Galileae signo admirabili sua potentia convertit in vinum; qui pedibus
570 super te ambulavit, * et a Ioanne in Iordane in te baptizatus

est; qui te una cum sanguine de latere suo produxit, et discipulis suis iussit ut credentes baptizarentur in te, dicens, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Hic sensum mutabis.

Haec nobis praecepta servantibus, tu Deus omnipotens clemens adesto, tu benignus aspira. Tu has simplices aquas tuo ore benedicito, ut praeter naturalem emundationem, quam lavandis possunt adhibere corporibus, sint etiam purificandis mentibus efficaces.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spiritus tui, et totam[20] huius aquae substantiam regenerandi[21] fecundet effectu. Hic omnium peccatorum maculae deleantur. Hic natura ad imaginem tuam condita, et ad honorem sui reformata principii, cunctis vetustatis squaloribus emundetur, ut omnis homo hoc sacramentum regenerationis ingressus in vera innocentia, nova infantia[22], renascatur. Per[23] Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui venturus est in Spiritu sancto[24] iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. γ

R. Gerb. 252. Gerb. 87. A. Pam. 250.

Inde benedicto fonte baptizas unumquemque in ordine suo, sub has interrogationes[25]:

Credis in Deum Patrem omnipotentem[26]?

Resp. Credo.

Credis et in Iesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum, natum et passum?

Resp. Credo.

Credis et in Spiritum sanctum; sanctam ecclesiam[27]; remissionem peccatorum; carnis resurrectionem[28]?

Resp. Credo.

Deinde per singulas vices mergis eum tertio in aqua.

Postea cum ascenderit a fonte infans signatur a presbytero in cerebro de chrismate, his verbis:

lxxv *infra.* R. A. Gerb. 253. Gerb. 87. Mur. ii. 65. Pam. 269.

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te linit[29] chrismate[30] salutis in Christo Iesu Domino nostro[31] in vitam aeternam. γ

Resp. Amen.

Deinde ab episcopo datur eis Spiritus septiformis. Ad 571
consignandum imponit eis manum in his verbis[32]:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui regenerasti famulos tuos ex aqua et Spiritu sancto, quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum, tu Domine immitte in eos Spiritum sanctum tuum Paraclitum, et da eis spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis; adimple eos spiritum[33] timoris Dei in nomine Domini[34] nostri Iesu Christi[35], cum quo vivis et regnas Deus semper cum Spiritu sancto, per omnia saecula saeculorum. Amen. γ

Cf. lxxv *infra.*

Postea signat eos in fronte de chrismate dicens:

Signum Christi in vitam aeternam.

Resp. Amen.

Pax tecum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Inde vero cum litania ascendit ad sedem suam, et dicit[36]: Gloria in excelsis Deo.

[1] The form for the Benediction of the Font is not in S.; R. places it in the *Ordo Baptisterii*: and Gerbert, while he gives some details as to R., has chosen, apparently, rather to follow T. and to omit the corresponding portion of the *Ordo Baptisterii*. The forms in Pam., in Muratori's Gregorian Sacramentary, in A., and the partly parallel form in the Sacramentarium Gallicanum, have been employed for comparison, as well as R. and Gerbert's text. [2] *et creandis novis populis* Sacr. Gall. [3] *ut* Gerb. Pam. Mur. A. and Sacr. Gall.; V. R. as text. [4] Gerb. A. Pam. insert here the formula *Sursum corda . . . VD. . . . aeterne.* R. has, as a title before *D. qui invisibili*, what appears to be *Consecr. Fontis*, and places the heading *Coll.* (= *Collecta*) before *D. cuius Spiritus.* [5] *affectum* V. [6] *deseres* V.; *deseris* R.; Gerb. Pam. Mur. A. Sacr. Gall. as text. [7] V. omits *ut.* [8] *vitii et origo virtutis* Mur.; *vitiis . . . virtutis* R.; *vitiis . . . virtutibus* Gerb. Pam. A.; V. as text. [9] *tuas, quae gratiae tuae* V.; *tuas. Gratiae tuae* A.; Gerb. omits *tuae*; R. Pam. Mur. as text. [10] *affluentis* Gerb. Pam. A.; *affluente* R.; V. Mur. as text. [11] *impetum* V. (ungrammatically). [12] *renatam* V. A.; R. Gerb. Pam. Mur. as text. [13] *in unam . . . infantiam* Gerb. Pam. Mur.; *una . . . infantia* A.; V. R. as text (perhaps ungrammatically). [14] *aquae* V.; R. Gerb. Pam. Mur. A. as text, and Sacr. Gall. has *Sit vivis aqua*, &c. [15] *perfecti* V.; *perfecte* A.; R. Gerb. Pam. Mur. as text. [16] A. adds *Per.* [17] Gerb. Pam. Mur. A. omit *per Deum.* [18] R. inserts here *cuius spiritus super te ferebatur, qui te de Paradiso manare.* So also Pam. Mur.: but these differ from R. in omitting *verbo* before *separavit* in the clause preceding. [19] *suavitatem inditam* V. (ungrammatically); R. has *suavitatem indita.* [20] *tui, totamque* Pam. Mur. Gerb. A.; V. R. as text. [21] *regenerandis* V. [22] *verae innocentiae novam infantiam* Pam. Mur. Gerb. A.; *vere innocentiam novam infantiam* R.; V. as text. [23] R. has only *Per*; Pam. ends with *Qui tecum.* [24] Gerb. Mur. A. omit *in Spiritu sancto.* [25] R. has here '*In ordine suo inde benedicto* [fonte] *baptizas unumquemque*,' followed by the form *Deus omnipotens . . . qui te regeneravit.* The interrogations in R. are written at an earlier point of the *Ordo Baptisterii* and not repeated here (see note 7 on xlii *supra*). Pam. similarly refers to an earlier point. *sub has interrogationes*, so V. (probably ungrammatically). [26] R. A. Pam. add *creatorem caeli et terrae*; V. Gerb. as text. [27] R. Gerb. add *catholicam*; A. Pam. add *catholicam, sanctorum communionem*; V. as text. [28] R. adds *vitam aeternam*; A. Pam. *et vitam aeternam*; V. as text. [29] *liniat* Pam.;

lineat V. in lxxv *infra*; *linet* R. A.; V. Gerb. Mur. as text. [30] *chrisma* V. R. A. (ungrammatically); V. in lxxv *infra*, Gerb. Mur. Pam. as text. [31] Gerb. Pam. Mur. omit *in Christo . . . nostro*; A. places the same words after *in vitam aeternam*; V. R. as text. [32] R. does not contain this form; and Gerb. (87) Mur. Pam. A. all have it in another recension. [33] *spiritum*, so V. (ungrammatically) both here and in lxxv *infra*. [34] V. in lxxv *infra* has *Dei et Domini* (omitting *in nomine*). [35] V. in lxxv *infra* inserts *et iube eum consignari signum crucis in vitam aeternam Per eundem*, &c. [36] R. has the corresponding rubric immediately after the form *Deus omnipotens . . . qui te regeneravit.*

XLV.

Orationes et preces ad Missam in Nocte.

Miss. Gall. 742. Sacr. Gall. 854.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hanc sacratissimam noctem per universa mundi spatia gloria [1] Dominicae resurrectionis illustras, conserva in nova [2] familiae tuae progenie [2] sanctificationis spiritum quem dedisti; ut corpore et mente renovati puram tibi animam et purum pectus semper exhibeant. Per Dominum.

R. S. Gerb. 89. Pam. 272. Men. 74. Cf. Miss. Gall. 742. Sacr. Gall. 854.

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria [3] Dominicae resurrectionis illustras, conserva in nova [4] familiae tuae progenie [4] adoptionis spiritum quem dedisti, ut corpore et mente renovati [5] puram tibi exhibeant servitutem. Per Dominum. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 89. Men. 74.

Suscipe, quaesumus, Domine, et plebis tuae et tuorum hostias renatorum, ut et confessione tui nominis et baptismate renovati sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum.

Item alia. 572

R.S.(*Dom.*) Gerb. 91. Pam. 272. Men. 75. Miss. Gall. 742. Sacr. Gall. 854.

Suscipe, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum ut paschalibus initiata [6] mysteriis ad aeternitatis nobis medelam, te operante, proficiant [7]. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 89.

VD. Et iustum est aequum et salutare. Adest enim nobis optatissimum tempus, et desideratae noctis lumen advenit. Quid enim maius vel melius inveniri poterit quam Domini resurgentis praedicare virtutem? Hic namque inferorum claustra disrumpens, clarissima [8] nobis hodie suae resurrectionis vexilla [8] suscepit [9], atque hominem, remeans [10], invidia inimici deiectum mirantibus intulit astris. O noctis istius mystica et veneranda commercia! O sanctae matris ecclesiae pia sempiterna [11] beneficia! Non vult habere [12]

quod perimat, sed cupit invenire quod redimat. Exultavit Maria in sacratissimo puerperio[13]. Exultat ecclesia in filiorum suorum generationis[14] specie[15]. Sic fons ille beatus qui Dominico lateri circumfluxit[16] moles excepit[17] vitiorum ut his sacris altaribus vitales escas perpetua vita[18] conferat renatorum. Et ideo cum angelis.

VD.[19] Te quidem omni tempore sed in hac potissimum S.
nocte[20] gloriosius praedicare, quum Pascha nostrum immo- Miss. Gall. 743.
latus est Christus. Ipse enim verus est Agnus qui abstulit Sacr. Gall. 854.
peccata mundi; qui mortem nostram moriendo destruxit, Gerb. 90.
et vitam resurgendo reparavit. Propterea profusis pascha- Pam. 272. Men. 75.
libus gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernae virtutes atque angelicae concinunt potestates, hymnum gloriae tuae sine fine dicentes[21]. γ

Infra actionem.

Communicantes, et noctem sacratissimam celebrantes re- R. S.
surrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem. γ Gerb. 90.

Item infra actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae R. S. Gerb. 90.
familiae tuae quam tibi offerimus pro his quoque, quos Pam. 272.
573 regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu sancto, tribuens Men. 74.
eis remissionem omnium peccatorum, ut invenires[22] eos in Christo Iesu Domino nostro, quaesumus, Domine, placatus accipias. Pro quibus[22] maiestati tuae supplices fundimus preces, ut nomina eorum ascribi iubeas in libro viventium: diesque nostros. γ[23]

Postcommun.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut divino munere R. S. Gerb. 90.
satiati et sacris mysteriis innovemur et moribus. [Per.] III. xiii *infra*.

Item alia.

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut paschalis per- R. S. (*Fer. iii.*)
ceptio sacramenti continuata[24] in nostris mentibus perse- Gerb. 95.
veret. Per. γ Miss. Gall. 745. Pam. 275. Men. 77. See lxxviii *infra*.

[1] *gloriae* V.; *gloriosae* Sacr. Gall.; Miss. Gall. as text. [2] *novam* ... *progeniem* V. (ungrammatically); Miss. Gall. Sacr. Gall. as text. [3] *gloriosae* V. Sacr. Gall. Miss. Gall.; R. S. Gerb. Pam. as text. [4] *novam* ... *progenie* V.; *novam progeniem* R. S. Gerb.; Sacr. Gall. Pam. Men. as text. [5] Sacr. Gall. omits *renovati*. [6] *initiatae* Pam. Gerb.; V. R. S. Men. Miss. Gall. Sacr. Gall. as text. [7] Miss. Gall. inserts a clause with reference to the position of the prayer as *Coll. ad Pacem*. [8] *carissimam* ... *vixillam* V.; R. S. Gerb. as text. [9] *reportavit* S[2] Gerb.; V. R. S[1] as text.

At this point S^2 inserts in margin '*et triumphato diabolo victor inclytus caelorum regna conscendit*'; adding the note '*Potes quidem et usque ad finem canere sed tamen aliam in ultimo libri perquire.*' [10] *reparans* S^2 Gerb.; V. R. S^1 as text. [11] *sempiternaque* S^2 Gerb.; V. R. S^1 as text. [12] *quia non vult Deus noster habere* S^2 Gerb.; V. R. S^1 as text. [13] *sacratissimam puerperi* V.; *sacratissima puerperi* R. S^1; S^2 Gerb. as text. [14] *regenerationis* S^2 Gerb.; V. R. S^1 as text. [15] *sacramento* S^2 Gerb.; V. as text (word erased in S^1); R. has *speciae*. [16] *latere circumfulxit* V.; R. S. Gerb. as text. [17] *expulit* S^2 Gerb.; V. R. (S^1?) as text. [18] *vitalis esca perpetuam vitam* S^2 Gerb.; V. R. as text; reading of S^1 doubtful. [19] S. Gerb. Pam. Men. have this Preface in a shortened form, ending at *reparavit* with the clause *Et ideo cum angelis*. The Gallican books agree with V. [20] *hanc potentissimam noctem* V. S^1; *hac potentissimum nocte* S^2; Miss. Gall. Sacr. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [21] *gloriae sine cessatione dicentes* Sacr. Gall. [22] R. S. Gerb. Pam. Men. omit *ut invenires . . . nostro,* and also the clause *Pro quibus . . . viventium.* [23] S. inserts, after the *Hanc igitur* the *Benedictio Agni*, ending with the clause *Per quem haec omnia.* [24] *continua* R. Gerb. Pam. Men. Miss. Gall.; V. S. as text.

XLVI.

DOMINICUM [1] PASCHAE.

R. S. (*in nocte.*) Gerb. 89. Miss. Gall. 744, 750. Cf. Sacr. Gall. 858.

Deus [2], qui per Unigenitum tuum aeternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti, da nobis, quaesumus, ut qui resurrectionis Dominicae solemnia colimus, per innovationem [3] tui Spiritus a morte animae resurgamus. Per Dominum. γ

R. S. (*Fer. iv.*) Gerb. 96. Miss. Gall. 744, 752. Cf. Sacr. Gall. 858.

Deus, qui nos resurrectionis Dominicae annua [4] solemnitate laetificas, concede propitius, ut per temporalia festa quae agimus pervenire ad gaudia aeterna mereamur. Per Dominum. γ

Pam. 276. Men. 78. **Secreta.**

Sacr. Gall. 860. Cf. xlv *supra.*

Suscipe, Domine, propitius, munera famulorum tuorum, ut [5] confessione tui nominis et baptismate renovati, sempiternam beatitudinem consequantur. Per Dominum.

S. Gerb. 92. Miss. Gall. 745. Sacr. Gall. 861. Pam. 567.

VD. Te quidem omni tempore, sed in hoc praecipue die laudare, benedicere, et praedicare, quod [6] Pascha nostrum immolatus est Christus; per quem in [7] aeternam vitam filii lucis oriuntur, fidelibus regni caelestis atria reserantur, et beati [8] lege commercii divinis humana mutantur. Quia nostrorum [9] omnium mors cruce Christi redempta [10] est, et in resurrectione eius omnium vita resurrexit. Quem in susceptione mortalitatis Deum agnoscimus; et in * divinitatis 574
gloria [11] Deum et hominem confitemur. Qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo restituit [12], Iesus Christus Dominus noster. Et ideo cum angelis. γ

Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur

Postcommun. [13]

Omnipotens sempiterne Deus, qui ad aeternam vitam in R. S.
Christi resurrectione nos reparas, custodi opera misericordiae Gerb. 92.
tuae, et suavitatem corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi unigeniti Filii tui nostris infunde pectoribus. Per Dominum.

[1] *Dominicum*, so V. (probably ungrammatically for *Dominico*). [2] Sacr. Gall., by a blunder of the scribe, joins the beginning of this collect with the end of the next. [3] *innovatione* V.; *invocationem* Miss. Gall. 750; R. S. Miss. Gall. 744, Gerb. as text. [4] Miss. Gall. 752 omits *annua*. [5] *munera et vota famulorum ut* Sacr. Gall. [6] *quo* Sacr. Gall. Pam.; *quia* R.; *quando* S^2 Gerb.; V. S^1 Miss. Gall. as text. [7] *ad* S^2 Gerb. Pam.; Sacr. Gall. omits *in*; V. R. S^1 Miss. Gall. as text. [8] *beatae* Miss. Gall. (Mabillon reads *beatae legis commercio*); V. R. S. Sacr. Gall. Gerb. Pam. as text. [9] *nostrum* S^2 Gerb.; the rest as text (ungrammatically). [10] *perempta* R. S^2 Gerb. Pam.; V. S^1 Miss. Gall. Sacr. Gall. as text. [11] *gloriam* V. S^1 Sacr. Gall.; R. S^2 Miss. Gall. Gerb. Pam. as text. [12] *reparavit. Et ideo cum*, &c. S^2 Gerb. Pam.; V. R. S^1 Sacr. Gall. as text. (Miss. Gall. has *restituit Iesus Christus. Per Dominum*). [13] This heading is misplaced in V. before the line which precedes it in the text.

XLVII.

INCIPIUNT TOTIUS ALBAE ORATIONES ET PRECES.
FERIA SECUNDA.

Paschale mysterium recensentes, apostolorum, Domine, R. S.
beatorum precibus foveamur, quorum magisterio [1] cognovimus exequendum. Per. Gerb. 93.

Deus, ecclesiae tuae redemptor atque perfector, fac, quae- R. S.
sumus, ut apostolorum precibus paschalis sacramenti dona (*Fer. iii.*) Gerb. 95.
capiamus, quorum nobis ea tribuisti magisterio praedicari. Per.

Secreta.

Sacrificia, Domine, paschalibus gaudiis immolamus [2], R. S.
quibus ecclesia tua mirabiliter renascitur [3] et nutritur. (*Fer. iv.*) Gerb. 96
[Per.] γ Pam. 276. Men. 78. Pam. (Amb.) 358. Miss. Gall. 745.

VD. Nos [4] precari clementiam tuam ut ad celebrandum R. S.
digne paschale mysterium, beatorum apostolorum precibus Gerb. 94.
adiuvemur; et quorum praedicatione haec credenda suscepimus, eorum patrociniis fideliter exequamur. Per Christum Dominum.

575 *Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur*

Postcommun.

Impleatur in nobis, quaesumus, Domine, sacramenti R. S.
paschalis sancta libatio nosque de [5] terrenis affectibus ad Gerb. 94. Men. 76.
caeleste [6] transferat institutum. Per. Miss. Gall. 743.

[1] *magisterium* V.; *mysterio* R.; S. Gerb. as text. [2] *immolata dignanter assume* R. [3] *et renascitur* Miss. Gall.; *et nascitur* S. Men.; *et pascitur* R. Pam.; *pascitur* Gerb. (Amb.) and Pam. (Amb.); V. as text. [4] *Et* (for *Nos*) S[2] Gerb.; V. S[1] as text; R. has *nos praedicare*. [5] *a* S[2] Gerb.; V. R. S[1] Miss. Gall. Men. as text. [6] *caelestem* V. R. S[1]; Miss. Gall. S[2] Gerb. Men. as text.

XLVIII.

Feria tertia.

R. S. (*Domin.*) Gerb. 91. Pam. 274. Men. 76. Miss. Gall. 745. Sacr. Gall. 860.

Deus, qui paschalia nobis remedia[1] contulisti, populum tuum caelesti dono prosequere; ut inde post in perpetuum gaudeat unde nunc temporaliter exultat. Per.

R. S. (*Fer. iv.*) Gerb. 96.

Deus, qui solemnitate paschali caelestia mundo remedia benignus operaris, annua festivitatis huius dona prosequere, ut observantia temporalis ad vitam[2] proficiat sempiternam. Per. γ

Secreta.

R. S. (*Fer. vi.*) Gerb. 98. Pam. 277. Men. 79.

Hostias, Domine, quaesumus[3], placatus assume quas et pro renatorum expiatione peccati deferimus, et [pro][4] acceleratione caelestis auxilii. Per. γ

R. S. Gerb. 95. Pam. (Amb.) 361. Cf. Leon. 304. Cf. Men. 77.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Qui oblatione sui [corporis][5] remotis sacrificiis carnalium victimarum, seipsum tibi pro salute nostra offerens, idem Sacerdos et sacer Agnus exhibuit. Quem laudant. γ

Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur

Postcommun.

xxvi *supra*. xlix *infra*. Miss. Gall. 746.

Adesto, Domine, quaesumus, nostrae redemptionis effectibus[6]; ut quos sacramentis aeternitatis instituis, iisdem protegas dignanter aptandos. [Per.]

R. S. (*Sabb. in nocte.*) Gerb. 90. Miss. Gall. 745. Pam. (Amb.) 354.

Digne[7] nos tuo nomini, quaesumus, Domine, famulari, salutaris cibus et sacer potus instituat, et[8] renovationem[9] conditionis humanae, quam[10] mysterio continet in nostris iugiter sensibus operetur[11]. [Per.]

[1] *paschale nobis remedium* R. S. Gerb. Pam. Men.; *paschalium nobis remedia* Miss. Gall. Sacr. Gall.; V. as text. [2] S[2] Gerb. insert *nobis*. [3] *Hostias quaesumus Domine* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [4] V. omits *pro*; S. Gerb. Pam. Men. as text; R. has *pro hac celebratione*. [5] V. omits *corporis*, which is restored from R. S. Gerb. Pam. (Amb.); Leon. omits the phrase. [6] V. varies between *affectibus* and *effectibus* in the three places where this Postcommunion occurs: Miss. Gall. has (apparently) *affectibus*. [7] *Digni* Miss. Gall. [8] *ut* V.; R. S. Gerb. Pam. (Amb.) Miss. Gall. as text. [9] *renovationibus* Miss. Gall. [10] *que* V.; R. S. Gerb. Pam. (Amb.) Miss. Gall. as text. [11] *operentur* V.; S. Gerb. Pam. (Amb.) Miss. Gall. as text; R. has *aperetur*.

XLIX.

576 FERIA QUARTA.

Deus, qui pro salute mundi sacrificium paschale fecisti, propitiare supplicationibus nostris, ut interpellans pro nobis Pontifex summus, quos per id quod nostri est similis, reconciliatur[1], per id quod[2] tibi est aequalis, absolvat, Iesus Christus[3] Dominus noster, Qui tecum vivit et regnat. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 101. Pam. 280. Men. 82.

Deus, qui omnes[4] in Christo renatos genus regium[5] et sacerdotale fecisti, da nobis et[6] velle et posse quod praecipis, ut populo ad aeternitatem vocato una sit fides cordium et pietas actionum. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 101. Pam. 279. Miss. Gall. 745. Miss. Goth. 599.

Secreta.

Suscipe, quaesumus, Domine, hostias[7] redemptionis humanae, et salutem nobis mentis et corporis operare placatus[8]. Per Dominum nostrum. γ S. (*alibi.*) Gerb. 231. Pam. 416. III. xx *infra.*

VD. Circumdantes altaria tua, [Domine][9] virtutum, et in ipsius Agni immaculati agnitione gloriantes, qui seipsum pro nobis obtulit immolandum, ut corpore eius et[10] sanguine quo a peccatis redempti sumus, ad aeternam vitam sacrificiis[11] caelestibus[12] pascamur[13]. Per Christum Dominum. R. S. Gerb. 96. Pam. (Amb.) 359.

Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur

Postcommun.

Adesto, Domine, quaesumus, nostrae redemptionis effectibus[14], ut quos sacramentis aeternitatis instituis iisdem protegas dignanter aptandos. Per Dominum nostrum. xxvi *supra* xlviii *supra.* Miss. Gall. 746.

[1] *summus quos per id quod dei* (?) *est similis reconciliat* R.; *summus, per id quod nostri est similis reconciliat* S^1; *summus, nos per id quod* [*quo* Pam.] *nostri est similis reconciliet* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. as text (ungrammatically or corruptly). [2] *quo* Pam. [3] Pam. Men. insert *Filius tuus*; S. Gerb. omit *Iesus Christus Dominus noster*; (S^1 ends with *Per Dominum*; S^2 Gerb. with *Qui tecum*). [4] V. transposes *omnes* and *qui.* [5] V. has *regnum.* [6] Miss. Goth. omits *et.* [7] *hostiam* R. S. Gerb. Pam. V. in III. xx *infra*; V. here as text. [8] *placatus operare* S^2 Gerb.; V. S^1 Pam. as text. [9] V. omits *Domine,* which is restored from R. S. Gerb. Pam. (Amb.). [10] *in* (for *et*) V. [11] S^2 Gerb. insert *utique.* [12] *paschalibus* Pam. (Amb.) [13] *nutriamur* S^2 Gerb.; *pasceremur* Pam. (Amb.); *paschamur* R.; word erased in S^1; V. as text. [14] See note 6 on xlviii *supra.*

L.

Feria quinta.

R. S^1. Deus, qui multiplicas sobolem[1] renascentium, fac eos gaudere propitius de suorum venia peccatorum. Per. γ

S. [Gerb. 101.] Pam. (Amb.) 353. Deus[2], qui humanam naturam supra primae originis reparas[3] dignitatem, respice ad pietatis tuae ineffabile sacramentum, et[4] quos regenerationis mysterio[5] dignatus es innovare, in his dona tuae perpetuae gra•tiae benedic- 577
tionisque[6] conserva. Per Dominum nostrum.

Secreta.

R.S.(*Sabb.*) Gerb. 99. Pam. 278. Men. 80. Concede, quaesumus, Domine, semper nos per haec mysteria paschalia gratulari, ut continua nostrae reparationis operatio perpetua[7] nobis fiat causa laetitiae. Per Dominum nostrum. γ

R. S. Gerb. 97. VD. Quia vetustate destructa renovantur universa deiecta; et vitae nobis in Christo reparatur integritas. Quem laudant angeli.

Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur

Postcommun.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 184. Pam. 411. Men. 181. III. xii *infra.* Miss. Gall. 746. Purifica[8], Domine, quaesumus, mentes nostras benignus et renova caelestibus sacramentis, ut consequenter et corporum praesens pariter et futurum capiamus auxilium. Per. γ

[1] *sobole* S^1; V. R. as text; S^2 Gerb. Pam. Men. read *multiplicas ecclesiam tuam in sobole* and alter the end of the collect. [2] *Omnipotens sempiterne Deus* S. Gerb.; V. Pam. (Amb.) as text. [3] *praeparas* V.; S. Gerb. Pam. (Amb.) as text. [4] *ut* V. S^1 Pam. (Amb.); S^2 Gerb. as text: but it seems possible that *ut* is an older ungrammatical reading. [5] *mysteriis* V.; S. Gerb. Pam. (Amb.) as text. [6] *perpetua gratiae protectione* Gerb.; *perpetis gratiae benedictionisque* Pam. (Amb.); S. is defective after *dignatus es*; V. as text. [7] *perpetuae* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. R. S^1 as text. [8] *Purificatio* V.; (Tommasi reads *Purificato*). V. in III. xii *infra*, R. S. Gerb. Pam. Men. Miss. Gall. all have *Purifica*.

LI.

Feria sexta.

R. S. Gerb. 98. Cf. Pam. 281. Deus[1], qui ad caeleste regnum nonnisi renatis ex aqua et Spiritu sancto pandis introitum, auge semper super famulos tuos gratiae tuae dona, ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis a nullis fraudentur promissis. Per Dominum. γ

Deus qui credentes in te fonte baptismatis innovasti, hanc renatis in Christo concede custodiam, ut nullo erroris incursu gratiam tuae benedictionis amittant. Per. γ — R.S.(*alibi.*) Pam. 280. Men. 80.

Secreta.

Paschales hostias recensentes[2] quaesumus, Domine, ut quod frequentamus actu comprehendamus effectu[3]. Per. — Miss. Gall. 745.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Qui secundum promissionis suae incommutabilem veritatem[4] caelestis Pontifex factus in aeternum solus omnium sacerdotum peccati remissione non eguit, sed potius peccatum mundi idem verus Agnus abstersit. Et ideo cum angelis[5]. γ — R. S. Gerb. 98. Pam. (Amb.) 362. Men. 80.

578 *Infra actionem ut supra in nocte sancta. Sequitur*

Postcommun.

Immortalitatis alimoniam[6] consecuti, quaesumus, Domine, ut quod ore percipimus[7] mente sectemur. Per. γ — R.S.(*alibi.*) Gerb. 191. Pam. 414. Men. 185. Miss. Gall. 747.

[1] Pam. has a variation of this collect which also appears in Gerb. and in V. in lvi *infra*; R. S. Gerb. here agree with the text. [2] *immolantes* Miss. Gall. [3] *effectum* V. (ungrammatically); Miss. Gall. as text. [4] S^2 Gerb. omit *secundum . . . veritatem*. V. has *veritate* (ungrammatically); R. S^1 Pam. (Amb.) Men. as text. [5] S. Gerb. Pam. (Amb.) Men. all have the ending *Per quem*, &c.; R. has *per Christum*; V. as text. [6] *alimonia* V. (ungrammatically); R. S. Miss. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [7] *percepimus* S. Gerb. Pam. Men.; V. R. Miss. Gall. as text.

LII.

Feria septima.

Deus, qui nos exultantibus animis pascha tuum celebrare tribuisti, fac, quaesumus, nos[1] et temporalibus gaudere subsidiis, et aeternitatis effectibus[2] gratulari. Per Dominum. γ — S. (*alibi.*) Gerb. 101. Pam. 279. Men. 81.

Deus[3], innocentiae restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda famulorum, ut quos[4] de infidelitatis tenebris liberasti[4], nunquam a tuae veritatis luce discedant. Per. γ — R. S. Gerb. 99. Cf. Pam. 280. Cf. Men. 82.

Secreta.

Suscipe munera, quaesumus, Domine, exultantis ecclesiae, et cui causam tanti gaudii praestitisti, perpetuum fructum concede laetitiae. [Per.] γ — R.S.(*alibi.*) Gerb. 100. Pam. 279. Men. 81.

VD. Nos te suppliciter obsecrare, ut Iesu Christi Domini nostri[5], cuius muneris[6] pignus accepimus, manifesta dona comprehendere valeamus, et[7] quae nobis feliciter[8] — S. Gerb. 99. Pam. (Amb.) 363. Men. 80.

speranda paschale[9] contulit sacramentum[9], attingere mereamur resurrectionis Dominicae firmitate[10]. Et ideo cum angelis[11]. γ

Infra actionem, ut supra in nocte sancta. Sequitur

Postcommun.

S. (*alibi.*) Gerb. 100. Pam. (Amb.) 365.

Exuberet, quaesumus, Domine, mentibus nostris paschalis gratia sacramenti, ut donis suis ipsa nos dignos efficiat[12]. [Per.]

[1] *fac nos quaesumus* S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [2] *affectibus* Men. [3] R. S^1 insert *qui.* [4] S^2 Gerb. omit *quos*, and read *liberati*; V. R. S^1 as text. [5] *et Iesum Christum Dominum nostrum ut* R. S^1; (S^2 Gerb. substitute *per* for *et*; Pam. (Amb.) has VD. . . . *aeterne Deus. Poscentes ut cuius*, &c.; Men. VD. . . . *aeterne Deus. Per quem supplices exposcimus ut cuius*, &c.; V. as text. [6] Pam. (Amb.) inserts *mysticum.* [7] *ut* Pam. (Amb.) [8] *fideliter* R. S. Gerb. Pam. (Amb.) Men.; V. as text. [9] *paschali . . . sacramento* S. Gerb.; V. R. Pam. (Amb.) Men. as text. [10] *resurrectionis eius attingere mereamur exemplo* S^2 Gerb.; *per resurrectionis eius attingere mereamur ineffabile mysterium* Men. Pam. (marg.); V. R. Pam. (Amb.) and probably S^1 as text. (V. R. have *firmitatem*, ungrammatically). [11] *Per quem* S. Gerb. Men.; *Per eundem* Pam. (Amb.); *Per Christum* R. [12] *donis suis ipsi nos efficiat* V.; Pam. (Amb.) reads *donis tuis*, otherwise as text, with S. Gerb.

LIII.

OCTAVAS[1] PASCHAE.

Die Dominico.

R. S. Gerb. 100. Pam. 279.

Deus, qui renatis baptismate mortem adimis et vitam tribuis sempiternam, concede, quaesumus, ut quorum nunc regenerationis sacrae diem celebramus octavum, ita 579
corpora eorum animasque custodias, ut gratiam se catholicae fidei percepisse pietatis tuae defensione cognoscant. Per.

R.S.(*alibi.*) [Gerb. 99.] Pam. 280. Men. 82.

Deus, qui credentes in te populos gratiae tuae largitate multiplicas, respice propitius ad electionem tuam; ut qui sacramento baptismatis sunt renati, regni caelestis mereantur introitum. Per. γ

Secreta.

S. (*alibi.*) Gerb. 95.

Suscipe, quaesumus, Domine[2], oblationes familiae tuae, ut sub tuae protectionis auxilio et[3] collata[4] non perdant et ad aeterna dona perveniant[5]. Per.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 188. Pam. 578. Men. 183.

VD. Nos clementiam[6] tuam suppliciter exorare, ut Filius tuus Dominus noster Iesus Christus, qui se usque in finem saeculi suis promisit fidelibus adfuturum, et prae-

sentiae corporalis mysteriis non deserat quos redemit, et[7] maiestatis suae beneficiis non relinquat. Et ideo cum[8]. γ

Infra actionem, ut supra. Sequitur

Postcommun.[9]

Maiestatem tuam, Domine, supplices exoramus, ut quos viam fecisti perpetuae salutis intrare nullis permittas errorum laqueis implicari. Per. R. S. Gerb. 101.

[1] *Octabas* V.; R. S. have *Die Dom. post Albas.* [2] *Domine quaesumus* S. Gerb. [3] S[1] omits *et.* [4] *consolata* V. (corr. by Tommasi); R. S. Gerb. as text. [5] *perveniamus* Gerb. [6] *VD. Et clementiam* S[2] Gerb. Pam.; V. R. S[1] Men. as text. [7] V. omits *et* which is restored from R. S. Gerb. Pam. Men. [8] S[1] has the ending *Per Christum*; S[2] Gerb. Pam. Men. have *Per quem.* [9] V. gives the heading *Commū.*

LIV.

Orationes et Preces de Pascha annotina.

Deus, per[1] cuius providentiam nec praeteritorum momenta deficiunt, nec ulla superest[2] expectatio futurorum, tribue permanentem peractae, quam recolimus[3], solemnitatis effectum[4]; ut quod recordatione percurrimus, semper in opere teneamus. Per. R. S. Gerb. 102. Pam. 283.

Deus, qui renatis fonte baptismatis delictorum indulgentiam[5] tribuisti, praesta misericors ut recolentibus huius nativitatis insignia, plenam adoptionis gratiam largiaris. Per. S. Gerb. 102. Pam. 283.

580 **Secreta.**

Clementiam tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut paschalis muneris sacramentum, quod fide recolimus, et spe desideramus intenti, perpetua dilectione capiamus. Per Dominum. R. S. Gerb. 103. Pam. 283.

VD. Per Christum Dominum nostrum[6] redemptionis nostrae festa recolere quibus humana substantia vinculis praevaricationis exuta spem resurrectionis [accepit][7] per renovatam originis dignitatem. Per quem maiestatem. γ R. S. Gerb. 103. Pam. 568.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famulorum famularumque tuarum, quam tibi offerunt, annua recolentes mysteria, quibus eos tuis adoptasti regalibus institutis, quaesumus, Domine, placatus intende. Pro quibus supplices preces effundimus, ut in eis et collata custodias, et[8] promissae beatitudinis praemia largiaris, diesque nostros. R. S. Gerb. 103.

Postcommun.

R. S. Gerb. 103. Pam. 283.

Tua nos, quaesumus, Domine, quae sumpsimus, sancta purificent, et operationis suae remedio nos perficiant esse placatos [9]. Per Dominum. γ

[1] *apud* S^2 Gerb.; V. (S^1?) Pam. as text; R. has *D. qui per cuius.* [2] *ulla est* Pam. [3] *quam colimus* S. Gerb.; *quae recolimus* V.; R. has *peracte quere colimus.* [4] *affectum* S^1; V. R. S^2 Gerb. Pam. as text. [5] *indulgentia* V. (ungrammatically); S. Gerb. Pam. as text. [6] S^2 Gerb. Pam. insert *et*; V. R. S^1 as text. [7] *accepit* is restored from R.; S^1 like V. has no verb; Pam. has *assumpsit*, which Tommasi gives as a marginal reading; S^2 Gerb. read *percepit*, both verbs being placed after *dignitatem.* [8] *ut* V. S.; R. Gerb. as text. [9] *placatus* (prob. for *placatos*) V.; *purgatos* Pam.; R. S. Gerb. as text.

LV.

Orationes et Preces in Parochia [1].

S. Gerb. 103.

Deus, qui humani generis es et [2] reparator et rector, da, quaesumus, ecclesiam tuam et nova prole semper augeri et devotione cunctorum [3] crescere filiorum. Per.

S. Gerb. 103.

Renovatos, Domine, fontis [4] ac Spiritus tui potentia in hereditarium populum clementer adnumera, ut qui a multitudine purgati sunt criminum, invisibilium etiam mereantur copiam praemiorum. Per.

[Secreta.]

S. Gerb. 103.

Offerimus tibi, Domine, laudes et munera; et pro concessis beneficiis exhibentes gratias, pro concedendis suppliciter deprecamur. Per. γ

S. Gerb. 103. Pam. (Amb.) 363. Men. 76.

•VD. Nos te [5] suppliciter exorare ut fidelibus tuis dig- 581
nanter impendas quo et paschalia capiant sacramenta, et
desideranter expectent ventura [6]; ut in mysteriis quibus
renati sunt permanentes, ad novam vitam his operantibus [7]
perducantur [8]. Et ideo cum angelis [9]. γ

Postcommun.

S. Gerb. 103.

Adiuvet nos, quaesumus, Domine, sanctum istud paschale mysterium, et ut devotis hoc mentibus exequamur obtineat. Per.

Ad Populum.

S. Gerb. 103. Pam. 283.

Populus tuus, quaesumus, Domine, renovata semper exultet animae [10] iuventute, ut qui antea [11] peccatorum veternoso in mortis venerat senio [12], nunc laetetur in pristinam se gloriam [13] restitutum. Per.

[1] This *Missa* is not contained in R. [2] S[1] omits *es et*; S[2] Gerb. omit *et*; V. as text. [3] *suorum* (for *cunctorum*) S[2] Gerb.; V. S[1] as text. [4] *Renovatur Domine fontes* V.; Tommasi reads *Renovatum Domine fonte*; S. Gerb. as text. [5] *VD. Et te* S[2] Gerb. Men.; V. S[1] Pam. (Amb.) as text. [6] *venturum* V.; S. Gerb. Pam. (Amb.) Men. as text. [7] *operibus* S. Gerb.; V. Pam. (Amb.) Men. as text. [8] *perducant* V. [9] S. Gerb. Men. have the ending *Per Christum*; V. Pam. (Amb.) as text. [10] *animi* Pam. [11] *ante* V.; S. Gerb. Pam. as text. [12] *veterno in morbi venerat senium* Pam.; *veternoso in morte venerat senio* S[1]; S[2] Gerb. correct *morte* to *mortem*. The reading in the text is that of V., *verternoso* .. *senio* being an ungrammatical ablative. Tommasi suggests *veterno in mortis venerat senium*. [13] *in pristinae se novitatis gloriam* S[2] Gerb.; V. (S[1]?) Pam. as text.

LVI.

INCIPIUNT ORATIONES PASCHALES VESPERTINALES [1].

Deus, qui ad aeternam vitam in Christi resurrectione nos reparas, impple pietatis tuae ineffabile sacramentum; ut quum in maiestate sua Salvator noster advenerit, quos fecisti baptismo regenerari, facias beata immortalitate vestiri. Per Dominum. γ — R. Gerb. 101. Pam. 281. Men. 82.

Paschalibus nobis, quaesumus, Domine, remediis [2] dignanter impende, ut terrena desideria respuentes, discamus inhiare [3] caelestia. Per. — R. Gerb. 102. Pam. 282.

Quaesumus, omnipotens Deus [4], iam non teneamur obnoxii [5] sententiae damnationis humanae, cuius nos vinculis [6] haec redemptio paschalis absolvit. Per Dominum. — R. Gerb. 102. Pam. 282. Cf. Miss. Gall. 744.

Concede [7], misericors Deus, ut quod paschalibus exequimur institutis, fructiferum nobis omni tempore sentiamus. Per. — S. [Gerb. 102.] Pam. 282.

Multiplica fidem, quaesumus, Domine [8], populi tui, ut cuius per te sumpsit initium, per te consequatur augmentum. Per. γ — R.S.(*alibi.*) Gerb. 97. Pam. 277. Men. 79.

Praesta nobis, omnipotens [9] Deus, ut percipientes paschali
582 munere veniam pecca•torum, deinceps peccata vitemus. Per Dominum. — S. [Gerb. 102.] Pam. 282.

Deus, per quem nobis et redemptio venit et praestatur adoptio, respice in opera misericordiae tuae, ut in Christo renatis et aeterna tribuatur hereditas et vera libertas. Per. γ — S. (*alibi.*) Gerb. 98. Pam. 278. Men. 80.

Deus, qui per Unigenitum tuum, devicta morte, aeternitatis nobis aditum reserasti, erige ad te tuorum corda credentium, ut omnis generatio apprehendat meritis quod suscipit [10] mysteriis. Per. — S. [Gerb. 102.]

R.S. (*alibi.*) Gerb. 127. Pam. 280. Men. 82. lxxxi *infra.*

Omnipotens sempiterne Deus, deduc nos ad societatem caelestium gaudiorum; ut Spiritu sancto renatos regnum tuum tribuas introire, atque eo[11] perveniat humilitas gregis, quo processit fortitudo[12] Pastoris. Per. γ

R. Gerb. 102. Pam. 281. Men. 83.

Deus, qui renatis per aquam et Spiritu sancto[13] caelestis regni pandis introitum, auge super famulos tuos gratiam quam dedisti; ut qui ab omnibus sunt purgati peccatis, a nullis priventur promissis. Per. γ

R. [Gerb. 101.] Pam. 281.

Dele[14], quaesumus, Domine, conscriptum peccati lege chirographum, quod in nobis paschali mysterio per resurrectionem tui Filii vacuasti. Per. γ

R. Pam. 281.

Fac, omnipotens Deus, ut qui, paschalibus remediis innovati[15], similitudinem terreni parentis evasimus, ad formam caelestis transferamur[16] auctoris. Per. γ

R. S. Gerb. 102. Pam. 281. Men. 82.

Da[17], misericors Deus, ut in resurrectione[18] Domini nostri Iesu Christi inveniamus et nos veraciter[19] portionem. Per Dominum. γ

S. [Gerb. 102.] Pam. 278. Men. 80.

Adesto, quaesumus, Domine, tuae adesto familiae[20], et dignanter impende, ut quibus fidei gratiam contulisti et coronam largiaris aeternam. Per.

S. [Gerb. 102.]

Exaudi nos, omnipotens Deus, et familiae tuae corda, cui perfectam baptismi gratiam contulisti, ad promerendam beatitudinem aptes aeternam. [Per.]

S. [Gerb. 102.] Pam. 282. Men. 83.

Conserva in[21] nobis, quaesumus, Domine, misericordiam tuam, et[22] quos ab erroris liberasti caligine veritatis tuae firmius inhaerere facias documento[23]. Per.

S. [Gerb. 102.] Pam. 282. Men. 83.

Sollicita[24], quaesumus, Domine, quos lavasti[25] pietate custodi; ut quia[26] tua[27] sunt[28] passione redempti tua[29] resurrectione laetentur[28]. Per Dominum nostrum[30].

S. [Gerb. 102.] Pam. 282.

•Christianam, quaesumus, Domine, respice plebem, et 583
quam aeternis dignatus es renovare mysteriis, a temporalibus culpis dignanter absolve. Per.

S. (*alibi.*) Gerb. 60. Pam. 242. Men. 58.

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut quae divina sunt iugiter ambientes[31] donis semper[32] mereamur caelestibus propinquare[33]. Per. γ

S. [Gerb. 102.] Pam. 282. Men. 83.

Omnipotens sempiterne Deus, propensius his diebus tuam misericordiam consequamur, quibus eam plenius, te largiente, cognovimus. Per Dominum.

Concede, misericors Deus, ut devotus tibi populus tuus[34] existat et de tua clementia quod ei prosit indesinenter obtineat. Per. Men. 49. — S. (*alibi.*) Gerb. 51. Pam. 231. xxvi *supra.*

Deus, qui sensus nostros terrenis actionibus perspicis retardari, concede, quaesumus, ut tuo potius munere tuis aptemur remediis. Per. — S. [Gerb. 102.]

Tribue, quaesumus, Domine, ut illuc semper[35] tendat Christianae devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia[36]. Per. Men. 78. — R.S.(*alibi.*) Gerb. 96. Pam. 276. Leon. 316.

Concede[37], quaesumus, omnipotens Deus, ut ecclesia tua et in suorum firmitate[38] membrorum, et in nova semper fecunditate laetetur. Per. — R.S.(*alibi.* Gerb. 97. Pam. 277. Men. 79.

Largire, quaesumus, ecclesiae tuae, Deus, et a suis semper et ab alienis abstinere delictis; ut pura tibi mente deserviens, pietatis tuae remedia sine cessatione percipiat. Per Dominum. — S. [Gerb. 102.]

[1] Answering to this series in R. S. Gerb. Pam. Men. are collections of '*Aliae Orationes Paschales,*' having a good deal in common with this collection, and with each other. Gerbert by some error employs for many of the prayers which are actually contained in S. or R. the type which indicates matter absent from those MSS. In the series contained in S. something is wanting, as one of the prayers stops short in the middle: probably a leaf is missing (between the pages numbered 180 and 181). A good many prayers of the series are found (in whole or in part) in the Gallican books. [2] *Paschalia nobis, Domine, quaesumus, remedia* Pam.; R. has *Paschalibus nos . . . remediis*; V. Gerb. as text (probably ungrammatically). [3] *amare* Pam.; V. R. Gerb. as text. [4] R. Gerb. insert *ut.* [5] *obnoxiis* V. R. [6] *vinculi* V.; R. Gerb. Pam. Miss. Gall. as text (but *vinculi* may be ungrammatical). [7] Pam. inserts *quaesumus.* [8] *quaesumus, Domine, fidem* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [9] *Praesta quaesumus omnipotens* Pam. [10] *omnes regenerati apprehendant meritis quod suscepere* S. Gerb.; V. as text. [11] *atque in ea* V. here and in lxxxi *infra*; R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [12] *praecessit celsitudo* V. in lxxxi *infra* and S. Gerb. Pam. Men. (R. has *processit celsitudo*); V. here as text. [13] *ex aqua et Spiritu sancto* R. Gerb. Men.; *aqua et Spiritu sancto* Pam.; V. as text, perhaps ungrammatically. [14] *Depelle* R. Pam.; *Repelle* Gerb.; V. as text. [15] *innovasti* V.; end of word erased in R. [16] *transferamus* V.; *transferantur* R. [17] *Praesta nobis omnipotens et* Pam. Men.; V. S. Gerb. as text. [18] *resurrectionem* V. (ungrammatically); R. S. Gerb. Pam. Men. as text. [19] *percipiamus veraciter* Pam. Men.; V. S. Gerb. as text. [20] *Domine, familiae tuae* S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [21] S. Gerb. omit *in.* [22] *ut* Pam. Men. [23] *docimentum* V. [24] *solita* S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [25] *quos salvasti* S. Gerb.; *nos* Pam. Men.; V. as text. [26] *qui* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. S^1 as text. [27] *Unigeniti tui* Pam. Men. [28] *sumus . . . laetemur* Pam.; S. Gerb. Men. have *passione sunt.* [29] *eius* Pam. Men. [30] So V. S^1 (wrongly); S^2 Gerb. have *Qui cum,* &c.; Pam. Men. (see notes [27], [29]) have *Per eundem.* [31] *exequentes* S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [32] Pam. Men. omit *semper.* [33] *appropinquare* Men. [34] V. omits *tuus* in xxvi *supra.* [35] S. Gerb. Pam. Men. Leon. omit *semper*; V. as text. [36] Pam. adds *Iesus Christus Filius tuus Dominus noster.* [37] *Da* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [38] *et suorum infirmitate* V.; R. S. Gerb. Pam. Men. omit *in* at this point, and also before *nova.*

LVII.

ORATIONES ET PRECES DOMINICUM [1] POST OCTAVAS PASCHAE.

R. S. Gerb. 103. Miss. Gall. 755. Pam. 400. Men. 88.

Deus, qui in Filii tui humilitate iacentem mundum erexisti, laetitiam concede fidelibus tuis [2]; ut quos perpetuae [mortis] [3] eripuisti casibus, gaudiis facias sempiternis perfrui [4]. Per. γ

R. S. Gerb. 104. Miss. Gall. 755.

Deus, in cuius praecipuis mirabilibus est humana reparatio, solve opera diaboli, et mortifera peccati vincula disrumpe; ut destructa malignitate quae nocuit, vincat misericordia quae redemit. Per.

Secreta. 584

R. S. Gerb. 104. Miss. Gall. 755. Pam. 400.

Benedictionem [5], Domine, nobis conferat salutarem [6] sacra semper oblatio, ut quod agit mysterio virtute perficiat. Per. γ

R.S.(*alibi.*) Gerb. 185. Pam. 577. Men. 182.

VD [7]. Nos tibi semper et ubique gratias agere, et suppliciter exorare [8] sic nos bonis tuis [9] instrui [10] sempiternis ut temporalibus consoleris [11]; sic praesentibus refoveri [12], ut ad gaudia nos mansura perducas. Per Christum Dominum nostrum. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 104. Pam. 400.

Praesta nobis, omnipotens Deus, ut vivificationem tuae gratiae [13] consequentes in tuo semper munere [14] gloriemur. Per. γ

[1] *Dominicum* so V. (ungrammatically). [2] *fidelibus tuis perpetuam concede laetitiam* S[2] Gerb. Pam. Men.; R. S[1] similarly, but have *perpetuam laetitiam concede*; V. Miss. Gall. as text. [3] V. omits *mortis*; restored from Miss. Gall. R. S. Gerb. Pam. Men. [4] *perfrui sempiternis* S[2] Gerb. Men.; R. S[1] as text; V. has *perfruere.* [5] Pam. inserts *tuam.* [6] *salutares* V. [7] R. S. Gerb. Pam. Men. assign this Preface to the twenty-first Sunday after Pentecost (after the Octave in Pam.), beginning the Preface proper with *Et suppliciter* (*Et te suppliciter* Men.). [8] S[2] Gerb. Pam. insert *ut.* [9] S[2] Gerb. omit *tuis.* [10] *instruas* R. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [11] *temporalibus quoque consolari digneris* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. as text. [12] *refovere* R. S[1] Men.; *refove* Pam.; *refoveas* S[2] Gerb.; V. as text. [13] *vivificationis tuae gratiae* V.; *vivificationis tuae gratiam* S. Gerb. Pam.; R. as text. [14] *munere semper* S[1].

LVIII.

ITEM SECUNDA DOMINICA POST CLAUSUM PASCHAE [1].

R. S. Gerb. 106. Pam. 401. Men. 89. Leon. 301.

Deus, qui errantes ut in via [2] possint redire, veritatis tuae [3] lumen ostendis, da cunctis, qui Christiana professione censentur, et illa respuere quae huic inimica sunt nomini, et ea quae sunt apta sectari. Per Dominum. γ

Tibi placitam, Deus noster, populo tuo tribue voluntatem, quia tunc illi prospera cuncta praestabis, quum tuis aptum feceris institutis. Per Dominum.

R. S. Gerb. 106. Leon. 413.

Secreta.

His nobis, Domine [4], mysteriis conferatur [5], quo terrena desideria mitigantes [6], discamus habere [7] caelestia. Per. γ

R. S. Gerb. 106. Pam. 401.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Qui humanis [8] miseratus erroribus [8], per virginem nasci dignatus est; et per passionem mortis a perpetua nos morte liberavit; ac [9] resurrectione sua aeternam nobis contulit vitam [10]. Quem laudant angeli. [11].

S. [Gerb. 106.] Pam. 568. Men. 89.

Postcommun.

Sacramenta quae sumpsimus, quaesumus, Domine, et spiritalibus nos expient [12] alimentis, et corporalibus tueantur auxiliis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ

S. Gerb. 106. Pam. 401.

[1] *Post octavas Paschae* in R. S. Gerb. Pam. Men. [2] *errantibus ut in viam* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. as text (ungrammatically); R. has *errantes . . . viam*, and so probably S^1; while Leon. has *Deus errantes in via posse.* [3] *redire iustitiae, veritatis tuae* R. Gerb. Men.; *redire, iustitiae tuae* Pam.; V. S^1 Leon. as text. [4] Pam. omits *Domine.* [5] *conferat* V.; R. S. Gerb. Pam. as text. [6] *devitantes* S^2; *vitantes* Gerb.; V. R. S^1 Pam. as text. [7] *amare* Pam. [8] *humanos . . . errores* S^2 Gerb.; V. S^1 as text; so apparently R. which is here mutilated; Pam. Men. omit the phrase, having *Qui de virgine nasci dignatus, per passionem et mortem.* [9] *et* Pam. Men. [10] *vitam donavit* S^2 Gerb.; *vitam contulit* Pam.; V. R. S^1 Men. as text. [11] S. Gerb. Pam. Men. have *Per quem maiestatem*, &c.; V. as text. [12] *excipiant* R. S^1; *instruant* Pam.; V. S^2 Gerb. as text.

LIX.

585 TERTIA DOMINICA POST CLAUSUM PASCHAE [1].

Deus, qui fidelium mentes unius efficis voluntatis [2], da populis tuis, id amare quod praecipis, id desiderare quod promittis, ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda ubi vera sunt gaudia. Per. γ

R. S. Gerb. 110. Pam. 401. Men. 90.

Exaudi, Domine, preces nostras, ut quod tui Verbi santificatione [3] promissum est evangelico ubique compleatur effectu, et [4] plenitudo adoptionis obtineat quod praedixit testificatio veritatis. Per Dominum.

R. S. Gerb. 110. Cf. Leon. 411.

Secreta.

Deus, qui nos per huius sacrificii veneranda commercia unius summae [5] divinitatis participes effecisti, praesta,

R. S. Gerb. 110. Pam. 401.

III. xiv *infra.* quaesumus, ut sicut tuam cognovimus[6] veritatem sic eam dignis moribus[7] assequamur. Per. γ

R. S. Gerb. 110. Pam. 568. Men. 90. VD. De tuo munere postulantes[8] ut tempora quibus post resurrectionem[9] Dominus noster Iesus Christus cum discipulis corporaliter habitavit[10], pia devotione tractemus[11]: Per Dominum. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 110. Pam. 401. Adesto[12], Domine Deus noster, ut per haec quae fideliter sumpsimus et purgemur a vitiis et a periculis omnibus exuamur[13]. Per Dominum nostrum. γ

[1] *Post octavas Paschae* in R. S. Gerb. Pam. Men. [2] *voluntati* V. [3] *sanctione* S^2 Gerb.; *sanctificationem* V.; R. S^1 as text. [4] Leon. has *ut in omni natione quod Verbi tui promissum est evangelio compleatur, et.* [5] *summaeque* V. in III. xiv *infra.* [6] *cognoscimus* R. Pam. Gerb. V. in III. xiv *infra.* [7] *moribus et mentibus* V. in III. xiv *infra.* [8] *Et tui misericordiam muneris* (*mun. mis.* Gerb.) *postulare* Gerb. Pam. Men.; V. R. S. as text (the end of the Preface in R. is mutilated). [9] S^2 Gerb. Pam. Men. insert *suam.* [10] *apparuit sic ipso opitulante* Men.; *conversatus est ita* (*sic* Gerb.) *ipso opitulante* S^2 Gerb.; Pam. inserts *sic ipso opitulante*; V. S^1 as text (so apparently R.). [11] *transigamus* S^2 Gerb.; S^2 Gerb. Pam. Men. add *quatenus in his omnium vitiorum sordibus careamus.* [12] S^2 Gerb. insert *nobis.* [13] Tommasi suggests *eruamur*; but V. R. S. Gerb. Pam. as text.

LX.

Quarta Dominica post clausum Paschae[1].

R. S. Gerb. 113. Pam. 402. Men. 90. Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus[2] ut cogitemus, te inspirante, quae recta sunt, et, te gubernante, eadem faciamus. Per. γ

S. Gerb. 113. Deus, qui misericordiae ianuam fidelibus patere voluisti, respice in nos et miserere nostri; ut qui voluntatis tuae viam, te donante[3], sequimur, a vitae nunquam semitis deviemus. Per.

Secreta. 586

Miss. Gall. 756. Praesta, Domine, quaesumus[4], ut illius salutis capiamus effectum[5], cuius per haec mysteria pignus accipimus[6]. Per Dominum.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 122. VD.[7] Ut quia primum tuae pietatis indicium[8] est, si tibi nos facias toto corde subiectos, tu spiritum nobis tantae devotionis infundas, ut propitius largiaris consequenter auxilium. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 113. Pam. 402. Leon. 368. Tribue nobis, Domine, caelestis mensae virtute satiatis[9], et desiderare quae recta sunt, et desiderata percipere. Per Dominum. γ

[1] *Post Octavas Paschae* in R. S. Gerb. Pam. Men. There is a leaf wanting in R. at this point. [2] S[2] Gerb. Men. insert *tuis*; V. R. S[1] Pam. as text. [3] *donante te* S. Gerb.; V. as text. [4] Miss. Gall. inserts *veritati* (*sic*). [5] *affectum* Miss. Gall. [6] *accepimur* V. [7] S. and Gerb. assign this Preface to the Sunday after the Ascension, and insert *Et clementiam tuam suppliciter obsecrare.* [8] *iudicium* Gerb.; V. S. as text. [9] *satietatis* V.; erasure in S[1]; *caelestes mensae satietate* Pam. (marg.); S[2] Gerb. Pam. Leon. as text.

LXI.

Quinta Dominica post clausum Paschae[1].

Omnipotens sempiterne Deus, fac nos[2] tibi semper et devotam gerere voluntatem, et maiestati tuae sincero corde servire. Per. γ R. S. Gerb. 122. Pam. 402. Men. 95. III. ix *infra*.

Deus, vita fidelium, gloria humilium[3], beatitudo iustorum, propitius suscipe supplicum preces, ut animae quae promissiones tuas sitiunt de tua semper abundantia repleantur. Per Dominum nostrum. R. S. Gerb. 122. Pam. 402. Men. 96.

Secreta.

Oblatio nos[4], Domine, tuo nomini dicata[5] purificet, et de die in diem ad caelestis vitae transferat actionem. Per Dominum. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 133. Pam. 403. Men. 169. lxv and III. ix *infra*.

VD. Tu mentes[6] nostras bonis operibus semper informes, quia sic erimus praeclari muneris prompta sinceritate[7] cultores, si ad meliora iugiter transeuntes, paschale mysterium studeamus habere perpetuum. Per quem maiestatem[8]. γ S. (*alibi.*) Gerb. 113. Pam. (Amb.) 372. Men. 91.

Postcommun.

Repleti, Domine, muneribus sacris, da, quaesumus, ut in gratiarum[9] semper actione maneamus. Per. γ R. S. Gerb. 122. Men. 96. Pam. 402. Leon. 436.

[1] The Collects and the Postcommunion of this *Missa* are assigned in R. S. Gerb. Pam. Men. to the Sunday after the Ascension (their series of Sundays '*post Octavas Paschae*' ending with the fourth). Pam. makes the second Collect a '*super populum*,' and Men. an additional '*ad complendum*.' Pam. assigns the Secret to the second, R. S. Gerb. Men. to the third, Sunday after Pentecost: the Preface is given by all these but R., which is there defective, to the fourth Sunday '*post Oct. Paschae*.' [2] *nobis* Pam. [3] R. S[1] Pam. Men. insert *et*. [4] V. in lxv *infra* omits *nos*. [5] *dicanda* R. S. Gerb. Pam. Men. V. lxv *infra*; V. here and in III. ix *infra* as text. [6] *Et clementiam tuam humiliter implorare ut tu mentes* S[2] Gerb.; *Et maiestatem tuam indefessis precibus exorare ut mentes* Pam. Men.; V. S[1] as text. [7] *securitate* Gerb. [8] *Per Christum*, &c. S. Gerb. Pam. Men.; V. as text. [9] S[2] Gerb. insert *tuarum*.

LXII.

Sexta Dominica post clausum Paschae [1]. 587

R. S. Gerb. 132. Pam. 403. Men. 168.

Deus, in te sperantium fortitudo, adesto propitius invocationibus nostris; et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, praesta auxilium gratiae tuae, ut in exequendis [2] mandatis tuis et voluntate tibi et actione placeamus. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 132.

Deus spei luminis sincerum [3] mentium, luxque perfecta beatorum, qui vere es lumen ecclesiae tuae, da cordibus nostris et dignam tibi orationem persolvere, et te semper praeconiorum munere collaudare. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 133. Pam. 403.

Hostias nostras, Domine, tibi dicatas placatus assume, et ad perpetuum nobis tribue pervenire [4] subsidium. Per. γ

R. S. Gerb. 133. Pam. 573. Men. 169.

VD. Qui ecclesiae tuae filios sicut erudire non cessas ita non desinas [5] adiuvare, ut recte faciendi [voluntatem] [6] cognoscant, et possibilitatem capiant exequendi. Per Christum. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 133. Pam. 403. Men. 169. Cf. Leon. 377.

Tantis, Domine, repleti muneribus, praesta [7], quaesumus, ut [8] salutaria dona capiamus, et [9] a tua nunquam laude cessemus. Per. γ

Ad Populum.

R. S. Gerb. 133. Pam. 403. Men. 169. xviii *supra.* Leon. 441.

Fideles tuos, Domine, benedictio desiderata confirmet, quae eos et a tua voluntate nunquam faciat [10] discrepare, et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per.

[1] This *Missa* is assigned as a whole by R. S. Gerb. to the second Sunday after Pentecost, to which Men. also assigns the first Collect, Preface, Postcommunion and '*Ad Populum.*' Pam. assigns the first Collect, Secret, Postcommunion and '*Ad Populum*' to the first Sunday after Pentecost, and the Preface to the second Sunday after the Octave. [2] *sequendis* Men.; R. omits *in.* [3] So V. R. and apparently S^1; S^2 Gerb. correct *spei* to *spes*, but leave *luminis sincerum* unaltered; Gerbert suggests *sincerarum*: but perhaps the simplest emendation is that of *lumen* for *luminis*, which is furnished by the marginal note of Tommasi. [4] *provenire* R. S. Gerb. Pam.; V. as text. [5] *desinis* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. R. S^1 as text. [6] V. R. omit *voluntatem*, which is restored from S.; Gerb. has *ut et scientiam recte faciendi* and omits *cognoscant*; and with this Pam. Men. agree to some extent, having *ut* (*ut et* Pam.) *scientiam, te miserante, recta faciendi, et possibilitatem.* [7] Men. omits *praesta.* [8] R. Gerb. Pam. Men. insert *et*; V. S. as text. [9] *ut* Leon. (which places *praesta quaesumus* after *capiamus*). [10] *faciat nunquam* Pam. Men.; V. R. S. Gerb. Leon. as text.

LXIII.

Orationes et Preces in Ascensa Domini[1].

Deus, qui ad declaranda tua[2] miracula maiestatis post
resurrectionem a mortuis hodie in caelos, apostolis ad-
stantibus, ascendisti, concede nobis tuae pietatis auxilium,
588 ut secundum tuam • promissionem et tu nobiscum semper[3]
in terris, et nos tecum in caelo vivere mereamur. Per[4].

(R. S. Gerb. 121. Pam. 294.)

Praesta, quaesumus, omnipotens Pater[5], ut nostrae mentis intentio quo solemnitatis hodiernae gloriosus auctor ingressus est, semper intendat, et quo fide pergit, conversatione perveniat. Per.

(R. S. Gerb. 120. Leon. 315.)

Secreta.

Sacrificium, Domine, pro Filii tui supplices venerabili nunc ascensione deferimus; praesta, quaesumus, ut et[6] nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad caelestia consurgamus. Per.

(R. S. Gerb. 121. Pam. (Amb.) 374.)

VD. Per Christum Dominum nostrum. Qui saluti humanae subvenire dignatus est: nascendo etenim nobis donavit gloriam, patiendo diabolum vicit, resurgendo[7] a mortuis vitae aeternae aditus praestitit, ascendendo ad Patrem caelestes ianuas reseravit[8]. Quem laudant angeli.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes, quo Dominus noster unigenitus Filius tuus unitum sibi hominem nostrae substantiae in gloriae tuae dextera collocavit. Sed et memoriam. γ

(Leon. 316.)

Inde vero modicum ante expleto canone[9] benedices fruges novas. Sequitur benedictio.

Benedic, Domine, et has[10] fruges novas[10] fabae quas[10] tu, Domine, rore caelesti et inundantia pluviarum ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actione in nomine Domini nostri Iesu Christi. Per quem haec omnia, Domine, semper bona *usque*[11] *expleto canone*[9]. γ

(See III. lxxxviii *infra.*)

Postcommun.

Deus, cuius Filius, in alta caelorum potenter ascendens, captivitatem nostram sua duxit virtute captivam, tribue,

(R.S.(*alibi.*) Gerb. 122. Pam. 294. Men. 95.)

quaesumus, ut dona quae suis participibus contulit, largiatur[12] et nobis[13]. Per Dominum nostrum. γ

Ad Populum. 589

R.S.(*alibi.*) Gerb. 122. Erectis sensibus, et oculis cordis ad sublimia elevantes, quaesumus ut quae in precum vota detulimus, ad impetrandi fiduciam referamus. Per[14].

[1] R. S. Gerb. also have two *Missae* for this Festival, of which the former is in R. and Gerb. assigned to the Vigil. Their contents are to some extent the same as those of the two *Missae* in V. but they do not agree as to order. In S. the former has the heading *In Ascensa Domini*, the latter *Item in Ascensa Domini ad S̄ Pe* (i.e. *ad S. Petrum*). Pam. and Men. have but one *Missa*. [2] *tuae* R. S² Gerb. Pam.; V. S¹ as text. [3] *nobis cum semper sis* Gerb.; V. R. S. Pam. as text. [4] So V. S¹ (wrongly); R. S² Gerb. Pam. have *Qui cum*, &c. [5] *omnipotens Deus* Leon.; R. has *omnipotens Deus Pater*. [6] Pam. (Amb.) omits *et*. [7] *regendo* V. [8] *reparavit* V. [9] *expleto canone*. So V. (ungrammatically). [10] *hos . . . novos . . . quos* V. (probably from a form which read *fructus*). [11] *bonusque* V. [12] *largiat* V. [13] Pam. inserts *Iesus Christus Dominus noster*, Men. *Iesus Christus Filius tuus*. [14] S² Gerb. have *elevatis*, but otherwise leave the grammar of this passage uncorrected. V. S¹ as text. R is mutilated at the point where the prayer occurs.

LXIV.

ITEM ALIA MISSA.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 122. Pam. 294. Men. 95. Leon. 313. Adesto, Domine, supplicationibus nostris, ut sicut humani generis Salvatorem consedere tecum in tua maiestate confidimus, ita usque ad consummationem saeculi manere nobiscum, quemadmodum est[1] pollicitus, sentiamus[2]. Per. γ

R. S. Gerb. 121. Pam. 295. Men. 95. Tribue, quaesumus, omnipotens Deus, ut munere festivitatis hodiernae illuc filiorum tuorum dirigatur intentio, quo[3] in tuo Unigenito tecum est nostra substantia. Per.

Secreta.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 122. Pam. 402. Men. 95. Sacrificia nos, Domine, immaculata purificent, et mentibus nostris supernae gratiae dent vigorem. Per Dominum. γ

R. S. Gerb. 121. Pam. 569. Leon. 315. VD. In hac praecipue[4] die, qua[5] Iesus Christus Filius tuus Dominus noster, divini[6] consummato fine mysterii, dispositionis antiquae munus explevit[7], ut scilicet et diabolum, caelestis operis inimicum[8], per hominem quem subiugarat elideret, et humanam reduceret ad superna dona substantiam[9]. Et ideo cum angelis. γ

Infra actionem, ut supra. Sequitur

Postcommun.

Tribue, quaesumus, Domine, ut per haec sacra quae sumpsimus, illuc tendat nostrae devotionis affectus, quo tecum est nostra substantia. Per Dominum[10]. Cf. Leon. 316. R. S. Gerb. 121. Men. 94. Cf. lvi *supra*.

Ad Populum.

Da, quaesumus, omnipotens Deus, illuc subsequi tuorum membra fidelium quo caput nostrum principium[que][11] praecessit. Per Dominum[12]. R. S. Gerb. 121. Men. 95. Leon. 315.

[1] *es* Leon. [2] Men. adds *Iesum Christum Dominum nostrum*, and ends *Qui tecum*. [3] *quod* V.; *ubi* Pam. (marg.); R. S. Gerb. Men. as text. [4] Leon. omits *praecipue*. [5] *quo* V. S[1]. [6] *divino* V. S[1]; R. Leon. S[2] Gerb. Pam. as text. [7] *manus explevit* V.; *munus explicuit* Leon.; R. S. Gerb. Pam. as text. [8] *inimicus* V. [9] *substantiae* V.; *substantiam ad superna dona reduceret* Pam.; Pam. Leon. end with *Per quem*. [10] *Qui tecum* Men. [11] V. R. S. omit *que* which is restored from Leon. Men.; S[2] Gerb. have *principio*. [12] R. Men. add *Iesus Christus Dominus noster*, and end *Qui tecum*.

LXV.

590 ORATIONES ET PRECES[1] DOMINICA POST ASCENSA[2] DOMINI.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum; quia nunquam tua gubernatione[3] destituis quos in soliditate tuae dilectionis instituis. Per. γ R. S. Gerb. 133. Pam. 403. Men. 169.

Deus qui te[4] rectis ac sinceris manere pectoribus asseris, da nobis tua gratia tales existere in quibus habitare digneris. Per Dominum. Pam. 404. R. S. Gerb. 133 [131]. Men. 170.

Secreta.

Oblatio [nos][5], Domine, tuo nomini dicanda purificet, et de die in diem ad caelestis vitae transferat actionem. Per Dominum nostrum. γ Men. 169. R. S. Gerb. 133. Pam. 403. lxi *supra*.

VD. Cuius hoc mirificum opus ac salutare[6] mysterium fuit, ut perditi dudum atque prostrati de[7] diabolo et mortis aculeo ad hanc gloriam vocaremur, quia[8] nunc genus electum, sacerdotiumque[9] regale[10], populus acquisitionis et sancta gens[11] vocaremur[12]. Agentes igitur indefessas gratias, sanctamque munificentiam praedicantes, maiestati tuae haec sacra deferimus, quae nobis ipse salutis nostrae auctor Christus instituit. Quem laudant angeli[13]. γ R. S. Gerb. 134. Pam. 573. Men. 170.

Postcommun.

R. S.
Gerb. 134.
Pam. 403.
Men. 170.
II. lxxxi
infra.

Sumptis muneribus, Domine, quaesumus, ut cum frequentatione[14] mysterii crescat nostrae salutis affectus. Per Dominum nostrum. γ

Ad Populum.

S. (*alibi.*)
Gerb. 239.
III. xvii
infra.

Benedic, Domine[15], familiam tuam in caelestibus et reple eam donis tuis spiritalibus: concede eis[16] caritatem, gaudium, pacem, patientiam, bonitatem, mansuetudinem, spem, fidem, continentiam[17], ut repleti omnibus castitatem[18] donis tuis desiderantes ad te pervenire mereantur. Per Dominum nostrum.

[1] R. S. Gerb. give this *Missa* (omitting the '*Ad Populum*') for the third Sunday after Pentecost. Pam. gives for the second Sunday the two Collects (the second as an '*Ad Populum*'), Secret and Postcommunion, assigning the Preface to the third Sunday after the Octave; so also Men. None of the four has the '*Ad Populum*' of this *Missa* in conjunction with the other portions. [2] *post Ascensa* so V., and S^1 in the corresponding *Missa* (ungrammatically). [3] *tuam gubernationem* V. (ungrammatically). [4] S^2 Gerb. Pam. Men. insert *in*; V. R. S^1 as text. [5] V. here omits *nos*, which is restored from R. S. Gerb. Pam. Men. and V. in lxi *supra.* [6] *singulare* Pam. [7] *a* S^2 Gerb. [8] *qua* Gerb. Pam. Men.; V. R. S. as text. [9] *sacerdotumque* V. [10] S^2 Gerb. insert *ac*. [11] *gens sancta* S^2 Gerb. Pam. Men.; V. R. S^1 as text. [12] *vocemur* S^2, *vocamur* Gerb.; V. R. S^1 Pam. Men. as text. [13] *Per quem maiestatem* S. Gerb. Pam. Men.; *per Christum* R.; V. as text. [14] *quaesumus tuam frequentationem* V. here; V. in II. lxxxi *infra* as text, and so R. S. Gerb. Pam. Men.; Tommasi reads *tua frequentatione.* [15] V. in III. xvii *infra*, S. Gerb. insert *hanc*. [16] *eius* V. [17] *continentia* V. here; but in III. xvii. as text, so S. Gerb. [18] Tommasi remarks that *castitatem* is superfluous; but something more than its elimination seems to be wanted to emend the text, in which V. (here and in III. xvii) S. and Gerb. agree. But for this agreement it might be supposed that the word was misplaced in repairing its omission, and should be placed after *continentiam* as Tommasi seems to suggest: but this would still leave *desiderantes* to be accounted for.

LXVI[1].

Sabbato Pentecosten[2] celebrabis baptismum sicut in nocte 591
sancta[3] Paschae.

Aegrotanti catechumeno imposita manuum[4].

R.
Gerb. 253.
Mart. lib. I.
cap. i.

Innumeras medelae tuae curas deprecamur[5], Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, quas distribuit[6] humanis infirmitatibus Christus: erige famulum tuum[7] aegritudinis languore[8] depressum; et omnem sensum eius[9] dignare tuis visitationibus refovere, quatenus adoptionem tuam possit[10] cum gaudio[11] sanitatis percipere. Expelle itaque ab eo cuncta valetudinis tela, ut ad gratiam tuam gradanter occurrat[12]. Releva quem redimere gloriaris, ut

baptismi sit in illo palma non mortis, et gloriosum semper baiulet quod accipit signaculum crucis[13]. Per Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos.

[1] This section, and those which follow it to lxxv inclusive, are to be found in nearly the same order as part of the *Ordo Baptisterii* in R. They appear in V. at a point where they seem to have no special connexion with their context, except such as is furnished by the rubric at the beginning of this section. These sections have been compared with the text of R., and also with the parallel portions of the *Ordo* from the Codex Gellonensis, given by Martène (*de Ant. Eccl. Rit.* lib. I. cap. i) (cited as Gell.): but this *Ordo* does not contain all the forms which appear in V., or in R. [2] *Sabbato sancto Pentecost.* R.; V. as text, ungrammatically. [3] *sanctae* V. [4] *impoñ. manu his verbis* R.; V. as text. [5] *Medellam tuam deprecor* R.; V. Gell. as text. [6] *tribuit* R.; *distribuet* Gell.; V. as text. [7] *hunc famulum tuum* Gell.; *famulum tuum Ill.* R. [8] *languoris* Gell. [9] *est* V.; *ei* Gell.; R. as text. [10] *adoptionis tuam possit* Gell. (Mart. suggests *gratiam* for *tuam*); *adoptionem tuis expossit* (sic) R.; V. as text. [11] *gaudium* Gell. (ungrammatically). [12] Gell. omits *ut . . . occurrat: gradanter* is the reading of both V. and R., but Gerbert's suggestion of *gratanter* seems probable. [13] *crucis Christi. Per Dominum* Gell.; V. as text; R. has *signaculũs crucis* (perhaps for *signaculum sanctae crucis*).

LXVII[1].

ITEM IMPOSITIO MANUS, ENERGUMENUM CATECHUMENUM[2].

Omnipotens sempiterne Deus, a cuius facie caeli distillant, montes sicut cera[3] liquescunt, terra tremuit[4], cui patent abyssi, quem infernus pavescit, quem omnis[5] irarum motus aspiciens humiliatur, te supplex deprecor, dominator[6] Domine, ut invocatione nominis tui ab huius[7] famuli tui vexatione[8] inimicus confusus abscedat, et ab huius possessione anima liberata ad auctorem[9] suae salutis recurrat, liberatoremque suum[10], diabolico foetore depulso, et odore suavissimo Spiritus sancti percepto, sequatur. Per. γ

R. (*bis.*)
Gerb. 253.
Pam. 474.
Leofr. 233.

[1] This and the next section are not contained in the *Ordo* of the Codex Gellonensis; but they are to be found in Pam. and Leofr., as well as in R. In R. they occur twice, once in the *Ordo Baptisterii*, and again near the end of the MS. [2] Tommasi (marg.) supplies *super* before *energumenum catechumenum*: but it is omitted in R. as well as in V., and the accusative is probably an accusative absolute. R. has *inposita manu.* [3] *cerae* R. in *Ord. Bapt.* [4] *tremit* Pam. Leofr.; V. R. as text. [5] *omnipotens* R. (in *Ord. Bapt.*). [6] Pam. omits *dominator.* [7] *ut ab eius* Leofr.; (V. marg. has *ut*). [8] *vexationibus* Gerb. (R. has *vexatioñ.* and *vexatione*). [9] *ab auctore* V.; *ad aurẽ* R. in *Ord. Bapt.*; R. (*alibi*) Pam. Leofr. as text. [10] *suo* V.; R. Pam. Leofr. as text.

LXVIII.

ITEM ALIA, PRO PARVULO ENERGUMENO[1]. 592

R. Gerb. 253. Pam. 475. Leofr. 233.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, virtutem tuam[2] totis exoro gemitibus pro huius a diabolo oppressa infantia[3]. Qui etiam indignis inter[4] pressuras donas praesidium, exurge pro[5] infantia debellata, et noli diu retinere vindictam: nec ante conspectum tuum veniant parentum delicta, qui nec[6] pro filio patrem nec pro patre[7] promisisti filium iudicare[8]: auxiliare, quaesumus, inimici furore vexato; ne sine baptismate facias eius animam a diabolo possideri; sed potius tenera aetas, malignis[9] oppressionibus libera, tibi referat[10] gratias sempiternas. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum. γ

[1] *parvulo energuminum* V. [2] R. omits *tuam*. [3] *huius famuli tui oppressa infantia* Pam.; *hoc famulo tuo* Ill., *a diabolo oppresso* Leofr.; V. R. as text. [4] R. (in *Ord. Bapt.*) omits *inter*; but elsewhere as text. [5] Pam. Leofr. insert *huius*. [6] *quin et* Gerb.; but R. as text. [7] *patrem* V. [8] *iudicari* R. Pam.; V. Leofr. as text. [9] *maligni* R. [10] *liberatib' referat* R. (in *Ord. Bapt.*); *liberata tibi referat* Pam. Leofr.; V. R. (*alibi*) as text.

LXIX.

ORATIO SUPER CATECHUMENUM INFIRMUM.

R. Gerb. 254. Mart. lib. I. cap. i.

Famulum tuum, Domine, ad tui[1] baptismi gratiam recurrentem respicere et conservare dignare[2], ut in tui nominis signo, quicquid in eo[3] per originalis peccati transgressionem[4] poenae obnoxium diabolus detinebat[5] sacri[6] fontis indulgentia[7] resolvatur, veteris hominis exuvias[8] deponat[9], et novae vitae indutus amictu resurgat. Omnis[10] nequissimi spiritus ab eo venena depelle, et salutari baptismi tui gratia adimple, ut tui muneris perceptione[11] in aeternam vitam[12] valeat exultare. Per Dominum.

[1] *a tui* V. [2] Gell. omits *dignare*. [3] *eum* R. Gell.; V. as text. [4] *transgressione* V. Gell. (ungrammatically); R. as text. [5] *obtinebat* Gell. [6] *sacris* V. [7] *indulgentiam* V. (ungrammatically); R. Gell. as text. [8] *excubias* V. Gell.; *exsubias* R. [9] *deponatur* Gell. [10] *omnes* V.; R. Gell. as text. [11] *praeceptione* V.; *perceptionem* R. Gell. [12] *in aeternam vitam.* So V. R. Gell. (probably ungrammatically).

LXX.

Si fuerit baptizandus, accedens sacerdos dicit ei[1] *Orationem et Symbolum, et catechizat eum his verbis, imposita manu capiti eius: deinde dicit hanc orationem super eum:* Nec te lateat[2] Satanas, *sicut scriptum est in Sabbato.* R. Gerb. 254.

Te, Domine, supplices exoramus ut visitatione tua sancta R. Gerb. 254. Mart. lib. I. cap. i.
593 erigas ad te • hunc famulum tuum, ne adversario liceat usque ad tentationem animae[3] pervenire: sed[4] sicut in Iob terminum pone, ne inimicus de anima huius sine redemptione baptismatis incipiat triumphare. Differ, Domine, exitum mortis[5], et spatium vitae distende. Releva[6] quem perducas ad baptismi sacramentum[7], ne redemptioni tuae inferas damnum. Tolle occasionem diabolo triumphandi, et reserva quem triumphis compares[8] Christi, ut sanus tibi in ecclesia tua gratia baptismatis renascatur, facturus cuncta quae petimus. Per.

[1] Gerb. omits *ei* which in R. is very faint, but can still be read. [2] *latet* R.; V. as text here and in lxxii *infra*. R. places 'Nec te latet Satanas *sicut scriptum est in Sabb. Sco.*' (sic) after the words *capiti eius* and before *deinde dicit*, &c. Gell. does not contain the direction in this form, but places the prayer *Te, Domine, supplices* before the recital of the Lord's Prayer and the Creed, which are followed by the exorcism *Nec te latet*. The order in the repetition of the rubric in V. R. (see lxxii *infra*) is the same in both texts, agreeing with that of V. here. [3] Gell. omits *animae*. [4] R. inserts *in*; Gerb. reads *in eo*; V. Gell. as text. [5] R. inserts *qui iudicas de futuris*; V. Gell. as text. [6] *distendere. Leva* Gell.; R. has *extendere. releva.* [7] *sacramenti* V. [8] *in quem triumphes cumpares* R.; *quem triumphis comparare* Gell.; V. as text.

LXXI.

ITEM AD CATECHUMENUM EX PAGANO FACIENDUM[1].

Gentilem hominem cum susceperis, in primis[2] *catechizas eum divinis sermonibus, et das ei monita*[3], *quemadmodum post cognitam veritatem vivere debeat. Post haec facis eum catechumenum: exsufflas in faciem eius, et facis ei crucem in fronte*[4]: *imponis manum super caput eius his verbis.* R. Gerb. 254.

Accipe signum crucis tam in fronte quam in corde[4]: sume fidem caelestium praeceptorum: talis esto moribus, ut templum Dei esse iam possis: ingressusque ecclesiam Dei, evasisse te laqueos mortis[5] laetus agnosce. Horresce idola: respue simulacra: cole[6] Deum Patrem omnipo-

tentem, et Iesum Christum Filium eius, qui vivit cum Patre et Spiritu sancto[7], per omnia saecula saeculorum.

Sequitur oratio[8].

Te deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, ut[9] huic famulo tuo, qui in saeculi huius nocte vagatur[10] incertus et dubius, viam veritatis et agnitionis tuae[11] iubeas demonstrari[12]; quatenus reseratis oculis cordis sui[13] te unum Deum Patrem in Filio et Filium in Patre cum sancto Spiritu[14] recognoscat, atque huius confessionis fructum et hic et in futuro saeculo percipere mereatur[15]. Per.

Inde[16] vero, postquam gustaverit medicinam salis, et ipse se[17] signaverit, benedicis[18] eum his verbis:

R. Gerb. 255. •Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui es, 594
et[19] eras, et permanes usque in finem, cuius origo nescitur, nec finis comprehendi potest; te, Domine, supplices invocamus super hunc famulum tuum, quem liberasti de errore gentilium et conversatione turpissima. Dignare exaudire eum qui tibi cervices suas humiliat; perveniat ad lavacri fontem, ut renatus ex aqua et Spiritu sancto[20], expoliatus veterem hominem induatur novum, qui secundum te creatus est; accipiat vestem incorruptam et immaculatam, tibique Domino nostro servire mereatur[15]. Per.

[1] This section does not appear in the *Ordo* from Codex Gellonensis. [2] R. omits *in primis*. [3] *da ei monitā* R. [4] R. inserts *et*. [5] R. omits *mortis*. [6] *respice simul agricolam* Gerb.; but R. has really the reading of the text. [7] *sancto Spiritu* R. [8] R. omits this rubric. [9] R. omits *Deus, ut*. [10] *vacatur* V.; *vocatur* R.; Tommasi emends as text. [11] R. omits *tuae*. [12] *demonstrare* V. R. [13] *tui* R. [14] *Spiritu sancto* R. [15] *mereantur* V.; R. as text. [16] *Deinde* R. [17] Gerb. omits *se*; there is perhaps a trace of the word in R. [18] *benedices* R. [19] R. inserts *qui*. [20] R. omits *sancto*.

LXXII.

Item ad succurrendum catechumenum infirmum[1].

R. Gerb. 255. Cf. Mart. lib. I. cap. i.

Si baptizandus[2] fuerit, accedens sacerdos dicit super eum orationes quae supra scriptae sunt; et tradit ei Symbolum et Orationem; et catechizat eum his verbis[3]: Nec te lateat[4] Satanas: *et reliqua sicut supra[5] in nocte sancta scriptum est. Inde saliva[6] oris sui[7] cum digito tangit[8] nares et aures, et dicit ei[9]:*

Effeta, quod est adaperire, in odorem[10] suavitatis. Tu autem effugare, diabole, appropinquavit[11] enim iudicium Dei.

Deinde tangit[8] *ei pectus et inter scapulas de oleo exorcizato sub has interrogationes*[12]*:*

Abrenuntias Satanae?

Resp. Abrenuntio.

Et omnibus operibus eius?

Resp. Abrenuntio.

Et omnibus pompis eius?

Resp. Abrenuntio.

[1] So both R. and V. (ungrammatically). Both agree in giving at this point the recapitulation of a former rubric in a slightly different shape (see note [2] on lxx *supra*). [2] *baptizatus* R. [3] *verbibus* V. [4] *latet* R. Gell. [5] *super* V.; R. as text. [6] *salivo* V. [7] *tui* R. [8] *tangis* R. [9] *dices ei* R.; *dicit ad aure* Gell.; V. as text. [10] *odore* R. [11] *adpropinquabit* V.; R. Gell. and V. in xlii *supra* as text. [12] *has orationes* R.; V. as text (both ungrammatically). Gell. gives more precise directions, making the Unction and the Interrogations concurrent.

LXXIII.

Quum autem expoliatur infirmus, benedicit fontem.

Incipit oratio[1].

Exaudi nos, omnipotens Deus, et in huius aquae substantiam tuam[2] immitte[3] virtutem, ut abluendus per eam et sanitatem simul et vitam mereatur aeternam. Per. R. Gerb. 255. Cf. Mart. lib. I. cap. i.

595 *Item Benedictio aquae ad succurrendum.*

Exorcizo te, creatura aquae, per Deum vivum, per Deum sanctum, per Deum totius dulcedinis creatorem, qui te in principio verbo separavit a terra, et in quatuor fluminibus dividens totam terram rigare praecepit. Adiuro te per Iesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum, ut efficiaris in eo qui in te baptizandus erit fons aquae salientis in vitam aeternam, regenerans eum Deo Patri et Filio et Spiritui sancto: qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.

[1] *benedicit fontem incip. Orat.* R.; *benedicit aqua dicens: Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Deinde dicit: Oremus. Et dicit* Gell. The prayers and Benedictions which follow in this and the two succeeding sections of V. are only indicated by their first words in the *Ordo* from Cod. Gellonensis. [2] *tua* V. [3] *immisce* R.

LXXIV.

ITEM ALIA AD SUCCURRENDUM[1].

Adesto, Domine, tuis adesto muneribus, ut quod nostro est gerendum servitio tuo impleatur auxilio. Per Dominum.

Sequitur benedictio.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, aquarum spiritalium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostrae respicere digneris, et super has abluendis aquas[2] et vivificandis hominibus praeparatas angelum sanctitatis emittas, quo peccatis vitae prioris ablutis[3], reatuque deterso, purum sancto Spiritui habitaculum in regeneratis procuret. Per Dominum nostrum.

[1] *cuccurrendum* V. This Collect and Benediction are omitted in R. and only indicated by their first words in Martène. [2] *aquis* V. [3] *abluti* V.

LXXV.

ITEM ALIA BENEDICTIO[1].

R. Gerb. 255. Mur. ii. 263. Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei Patris omnipotentis et in nomine Iesu Christi Filii eius, et Spiritus sancti. Omnis virtus adversarii, omnis incursio diaboli, omne phantasma eradicare et effugare ab hac creatura aquae, ut fiat fons salientis[2] in vitam aeternam : et[3] quum baptizatus fuerit[4] fiat templum Dei vivi in remissione[5] peccato-rum. Per Dominum nostrum Iesum Christum 596
Filium tuum, qui venturus est iudicare vivos [et mortuos[6]] et saeculum per ignem. γ

R. Gerb. 256. *Et[7] antequam perfundas eum aqua interrogas ei[8] verba Symboli et dicis[9]:*

Credis in Deum Patrem omnipotentem?

Resp. Credo.

Credis et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, natum et passum?

Resp. Credo.

Credis et in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam[10], remissionem peccatorum, carnis resurrectionem[11]?

Resp. Credo.

Et quum interrogas, per singulas vices mergis eum tertio in aqua[12]. *Postea, quum ascenderit a fonte, infans signatur a presbytero in cerebro*[13] *de chrismate, his verbis:*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et Spiritu sancto[14], quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum, ipse te liniat[15] chrismate salutis in Christo Iesu in vitam aeternam[16]. γ

Resp. Amen.

Postea, si fuerit oblata, agendae sunt missae[17], *et communicat*[18]; *sin autem, dabis ei tantum sacramenta corporis et sanguinis Christi, dicens:*

Corpus Domini nostri Iesu Christi sit tibi in vitam aeternam[19].

Et das[20] *ei orationem ita dicens:*

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerasti famulum tuum ex aqua et Spiritu sancto, quique dedisti ei remissionem omnium peccatorum, tribue ei continuam sanitatem ad agnoscendam unitatis tuae[21] veritatem. Per Dominum nostrum.

Omnipotens[22] et misericors Deus, maiestatem tuam supplices deprecamur, ut famulum tuum digneris serenis aspectibus praesentari[23]: et cui donasti baptismi sacramentum, longaevam tribuas sanitatem. Per Dominum nostrum.

Deinde consignatur ab episcopo, in his verbis: Cf. xliv *supra.*

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui regenerasti famulum tuum ex aqua et Spiritu sancto, quique dedisti ei remissionem omnium peccatorum, tu, Domine,
597 emitte[24] in eum Spiritum * sanctum tuum Paraclitum, et da ei spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis; adimple eum spiritum[25] timoris Dei et Domini[26] nostri Iesu Christi; et iube eum consignari signum[27] crucis in vitam aeternam. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, cum quo vivis et regnas in unitate Spiritus sancti. γ

Postea signat eum in fronte de chrismate, dicens:

Signum Christi in vitam aeternam.

Resp. Amen.

Pax tecum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

[1] This Benediction appears (with the same title) in R., and (with the rubric *Benedicis aquam his verbis*) in Muratori's Gregorian Sacramentary; the latter form (cited as Mur.) shows one or two variations, the text of R. corresponding closely with that of V. [2] *fons salientis* so V. R.; *fons saliens* Mur. Perhaps *fons aquae salientis* is the true reading. [3] *ut* R.; V. Mur. as text. Tommasi suggests in a marginal note the reading *qui ex ea* (for *quum*). [4] Something seems to be wanting here in the text of V., with which R. agrees. Mur. inserts *hic famulus Domini*. [5] *remissione* so V.; R. Mur. Gerb. have *remissionem*. [6] V. omits *et mortuos*. R. stops at *venturus est*. The ending does not fit with the clause preceding. [7] The remainder of the section is not found in Muratori's Gregorian text, but the greater part of it appears in R., agreeing closely with V. [8] *eum* Gerb.; V. R. as text. [9] *Symboli, dicens* R. [10] *sancta ecclesia* V. (ungrammatically); *sanctam ecclesiam catholicam* R. [11] R. adds *et vitam aeternam?* [12] *tertio in aqua, et cum interrogas ei per singulas vices mergis eum* R. [13] R. omits *in cerebro*. [14] R. at this point abbreviates the form with *Et reliqua*. [15] *lineat* V. (see note [20] on xliv *supra*). [16] *vita aeterna* V. here (ungrammatically); in xliv *supra* as text. [17] *agenda est missa* R. [18] *communicant* R. [19] R. adds *Et R. Amen.* [20] *dat* V.; R. as text. [21] R. omits *tuae*. [22] R. omits this prayer, and also (as in the *Ordo* for Easter Even) the form of Confirmation. [23] So V.; the addition of *tuis* before *praesentari*, suggested by Tommasi, does not seem to be all the alteration required to make the text run smoothly. [24] *immitte* V. in xliv *supra*. [25] *spiritum* so V. (ungrammatically) both here and in xliv *supra*. [26] *Dei in nomine Domini* V. in xliv *supra*. [27] *signum*, so V. (ungrammatically); the clause is omitted in xliv *supra*.

LXXVI.

AD SUCCURRENDUM. BENEDICTIO OLEI EXORCIZATI [1].

Cf. Leofr. 259. Exorcizo te, creatura olei, per Deum Patrem omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnis incursus, omne [2] phantasma Satanae eradicare et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus qui ex eo ungendi sunt in adoptione [3] filiorum per Spiritum sanctum, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in caritate Iesu Christi Domini nostri, qui venturus est in Spiritu sancto iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.

[1] This form appears, with some alteration, as the 'Exorcismus olei' in the Order for consecrating the Chrism in the 'Leofric Missal.' [2] *omnes* V. [3] So V. (probably ungrammatically).

LXXVII.

ORATIONES [1] PER SINGULAS LECTIONES IN SABBATO PENTECOSTEN [2].

R. S. (1) Gerb. 124. Leon. 319. Pam. (Amb.) 378. Da nobis, quaesumus, Domine, per gratiam Spiritus sancti novam tui Paracliti spiritalis observantiae disciplinam, ut mentes nostrae, sacro purgatae [3] ieiunio, cunctis reddantur eius muneribus aptiores. Per Dominum nostrum. γ

Pam. 297. Leofr. 110. lxxix *infra*.

598 *Sequitur lectio in Genesis.*

Omnipotens sempiterne Deus, indeficiens lumen, qui Spiritum tuum sanctum, quum super aquas in mundi[4] creationis exordio ferretur[5], humanae declarasti salutis auctorem, praesta quaesumus, ut idem Spiritus veritatis ecclesiae tuae dona multiplicet. Per Dominum. γ

R. S. (2) Gerb. 124. Pam. (Amb.) 378. Pam. 298. Leofr. 110.

Item de cantico Exodi.

Deus, qui primis temporibus impleta miracula novi testamenti luce reserasti, quod mare[6] rubrum forma sacri fontis existeret, et liberata plebs ab Aegyptia servitute Christiani populi sacramenta praeferret, da ut omnes gentes Israelis privilegium meritum[7] fidei consecutae, Spiritus tui participatione regenerentur[8]. Per. γ

R. S. (4) Gerb. 124. Pam. (Amb.) 379. Pam. 299. Leofr. 110.

Item de cantico Deuteronomii [cum][9] lectione.

Deus, gloriatio fidelium et vita[10] iustorum, qui per Moysen famulum tuum nos quoque modulatione[11] sacri carminis erudisti, in universis gentibus misericordiae tuae munus operare, tribuendo beatitudinem auferendo[12] terrorem, ut quod praenuntiatum est ad supplicium in remedium transferatur aeternum. Per Dominum. γ

R. S. (5) Gerb. 124. Pam. 299. Leofr. 110.

Item de cantico Esaiae cum lectione.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per unicum Filium tuum ecclesiae tuae demonstrasti te esse cultorem, ut[13] omnem palmitis[14] fructum in eodem Christo tuo, qui vera vitis est, efferentem[15] clementer excolens, fructus afferat ampliores[16], fidelibus tuis, quos velut vineam ex Aegypto per fontem baptismi pertulisti[17], nullae peccatorum spinae praevaleant; ut Spiritus tui sanctificatione muniti[18] perpetua fruge ditentur. Per. γ

R. S. (6). Gerb. 124. Pam. 299. Leofr. 110.

Domine[19] Deus virtutum, qui collapsa reparas et reparata conservas, auge populos in tui nominis sanctificatione renovandos; ut omnes qui diluuntur sacro baptismate;[20] tua semper inspiratione dirigantur. Per. γ

R. S. (aft. Ps. xli). Gerb. 124. Pam. 299.

[1] *Oratio* V. [2] *Pentecosten*, so V., ungrammatically, unless *Pentecosten* is regarded as indeclinable. The series of Collects in R. S. Gerb. Leofr. agrees with that in the supplementary portion of Muratori's Gregorian Sacramentary (*Lit. Rom. Vet.* ii. 150–152), except that Leofr. omits one Collect, which S. Gerb. Mur. give as an alternative to the last in the series of Leofr. All the Collects of the series in the text are included in R. S. Gerb. Mur., all but the last in Leofr. But V. omits the Collect which in R. S. Gerb. Mur. is alternative with the last, and also two Collects (and the corresponding lections) from the earlier part of the series. Pam. (Amb.) has the first three Collects of V. in the same

order as the first three of its own series. [3] *purificatae* V. in lxxix *infra*; *purificante* Gerb. Pam.; V. R. S. Leon. Pam. (Amb.) Leofr. as text. [4] *mundanae* Pam. [5] *fereretur* V. (S^1?); *ferreretur* R. [6] *ut et mare* Pam. (Amb.). [7] *merito* S^2 Gerb. Pam. (both texts) Leofr.; V. R. (S^1?) as text (ungrammatically). [8] *regnentur* V.; R. S. Gerb. Pam. (both texts) Leofr. as text. [9] V. omits *cum* which is restored from the next rubric. [10] *vitae* V. [11] *modulationem* Leofr. [12] *offerendo* V. [13] Tommasi proposes to omit *ut* here, and insert it before *fructus afferat*. But V. R. S. Gerb. Pam. Leofr. agree in the order. Either the grammar or the text of the Collect is corrupt, and it is not clear how it should be emended. [14] *palmitem* S^2 Gerb. Pam. *palmitum* Leofr.; V. R. S^1 as text (ungrammatically). [15] *afferentem* R. S. Gerb. Pam.; V. Leofr. as text. [16] *fructus conferens ampliores* Pam.; *fructus afferre facias ampliores* S^2 Gerb.; V. R. Leofr. as text; an erasure in S^1. [17] *transtulisti* R. S. Gerb. Pam.; V. Leofr. as text. [18] *mundati* S^2; *mundique* Gerb.; V. R. S^1 Pam. Leofr. as text. [19] It appears from R. S. Gerb. Pam. that this Collect was preceded by Ps. xli. [20] Pam. inserts *in*.

LXXVIII [1].

ITEM IN VIGILIA DE PENTECOSTEN [2]. 599

Ad Missa [3].

R. S. (*alibi*.) Gerb. 94, Pam. 275. Men. 77.

Deus, qui ecclesiam tuam novo semper fetu multiplicas, concede famulis tuis ut sacramentum tuum [4] vivendo teneant, quod fide perceperunt [5]. Per. γ

R. S. Gerb. 125. Pam. 298. Men. 98. Pam. (Amb.) 379. Miss. Goth. 617.

Deus [6], cuius Spiritu totum corpus ecclesiae multiplicatur et regitur, conserva in novam [7] familiae tuae progeniem [7] sanctificationis gratiam quam dedisti, ut corpore et [8] mente renovati [9], in unitate fidei ferventes tibi, Domine, servire mereantur [10]. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 125. Pam. (Amb.) 379. Sacr. Gall. 874.

Virtute sancti Spiritus, Domine, munera nostra continge, ut quod solemnitate praesenti [11] suo nomini [12] dedicavit, et intelligibile nobis faciat et aeternum. Per.

Leon. 318. Cf. R. S. Gerb. 125. Pam. 298. Men. 98.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens [13] super omnes caelos sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum sanctum in filios adoptionis effudit [14]. Unde laetantes inter altaria tua, Domine virtutum, hostias tibi laudis offerimus per Christum Dominum. Quem laudant. γ

Infra actionem.

R. S. Gerb. 125. Men. 97. Leon. 318.

Communicantes et diem sacratissimum Pentecosten [15] praevenientes, quo Spiritus sanctus apostolos [16] plebemque credentium praesentia [17] suae maiestatis implevit. Sed et memoriam. γ

See Leon. 318.

Gerb. 226. Men. 152. Leofr. 219.

Secreta.

Omnipotens sempiterne Deus, effunde super hunc locum gratiam tuam, et omnibus te invocantibus[7] auxilii tui munus ostende[8], ut hic sacramentorum virtus omnium fidelium corda confirmet. Per Dominum.

Gerb. 227. Cf. Leofr. 220. Cf. Men. 153 (Pref.)

615 •VD. Per Christum Dominum nostrum. Per quem te supplices deprecamur ut altare hoc sanctis usibus praeparatum caelesti dedicatione sanctifices, et[9] sicut Melchisedech sacerdotis praecipui oblationem dignatione mirabili suscepisti, ita imposita novo huic altari munera semper accepta ferre[10] digneris, ut populus tuus[11] in hanc ecclesiae domum sanctam conveniens[11], per haec pura[12] libamina caelesti sanctificatione salvatus, animarum quoque suarum salutem perpetuam[13] consequatur. Per quem maiestatem. γ

Gerb. 226. Egb. 50. Men. 153. Leofr. 219.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famuli *vel* famulae tuae *Illi vel Illae*[14] quam tibi in huius templi sanctificationem offerunt immolandam[15], quaesumus, Domine, dignanter intende, ut aulam, quae beati martyris tui *Illius* meritis aequipetere[16] non possit, tuae claritatis vultus illustret, fiatque tua propitiatione tuis sacris sanctisque digna mysteriis. Sit aeternae lucis habitaculum temporale[17]: nihil hic mundanae sordes obscuritatisque possideant, ut veniens hic populus tuus suae consequatur orationis effectum, dignumque[18] locum hunc tua[19] sentiat maiestate, dum a te[20] postulata fuerit[21] consecutus: sitque aedificantibus in pretio[22] delictorum, dum a te[20] non pro sui operis quan-

titate, sed pro offerentum fuerit[23] devotione suscepta: diesque nostros.

Postcommun.

[Gerb. 228.] Men. 154. Leon. 305. Sanctorum tuorum, Domine, precibus confidentes, quaesumus ut per[24] ea quae sumpsimus aeterna remedia capiamus. Per.

[1] The greater part of this *Missa* appears from the type of Gerbert's text to be contained in R. and S.; but this is not so. [2] Leofr. inserts *hic*. [3] V. Leofr. omit *tuae* which is inserted from Gerb. Egb. Men. [4] *aedificationi* Leofr. Men.; V. Gerb. as text (V. has *de* for *da*). [5] *ut* Gerb. Men. Leofr.; V. as text. [6] *pio more* V.; Gerb. Men. Leofr. as text. [7] *invocantibus te* Gerb. [8] The parallel Postcommunion in Gerb. ends at this point. [9] *ut* Gerb. Egb. Leofr.; V. Men. as text. [10] *super accepto ferre* V.; *semper acceptabilia habere* Gerb.; Egb. Men. Leofr. as text. [11] *populus qui . . . convenit* Gerb. Egb.; *populus qui . . . convenerit* Men.; V. Leofr. as text. [12] Gerb. Egb. Men. omit *pura*; V. Leofr. as text. [13] *salute perpetua* V. (ungrammatically). [14] *Illi vel Illae* so V. [15] *immolandas* V. [16] *aequipetere*, so V.; Tommasi suggests *aequiparare*. [17] *temporalem* V. [18] *dignaque* V. [19] *tuae* V. [20] *ad te* V. [21] *fuerint* V. [22] *in pretio*, so V. (ungrammatically). [23] *fuerat* V. [24] *Sanctorum precibus, Domine, confidentes, quaesumus, per* Leon.; V. Gerb. Men. as text (save that V. has *confitentes*).

XCI.

Orationes et preces in Dedicatione Basilicae quam[1] conditor non dedicatam reliquit[1].

Deus qui loca nomini tuo dedicata sanctificas, et benedictionibus tuis dicanda praecedis, praesta, quaesumus, ut quod beato apostolo tuo *Illi*[2] et sanctis martyribus *Illis* famulus tuus *Ille* in hoc aedificio deputavit, digno praeparetur officio. Per.

Omnipotentiam tuam, quaesumus, Domine, sanctus tuus 616
Ille interventor exoret, ut eius meritis hanc ecclesiam deputatam clementer illustres; quoniam quidquid sanctis honoris impenditur tuae respicit insignia maiestatis. Per Dominum.

Secreta.

Concede, quaesumus, Domine, ut sicut famulus tuus *Ille* oblatis optavit muneribus, beatorum martyrum tuorum *Illorum* hic semper merita celebrentur. Per.

VD. Qui tribuis ut[3] tibi fideles tui quod te inspirante devoverunt impleant[4]. Ideoque huius basilicae dedicatione[5], quam beato apostolo tuo *Illi* et sanctis martyribus tuis *Illis* famulus tuus offerre instituit, pio praevenientes officio[5], dignas maiestati tuae laudes offerimus. Per quem[6] maiestatem tuam.

Postcommun[7].

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut divino muneri satiati, et sicut famulus tuus *Ille* pro suae animae requie deputavit in huius consummationis requiem beati apostoli tui *Illius*[8] et sanctorum martyrum *Illorum* gloriam tuam plebs devota veneretur. Per.

[1] *quę . . . dedicata reliquid* V. [2] *illo* V. [3] *et* V. [4] *impleantur* V. [5] *dedicatione*, so V., ungrammatically; but perhaps the words *pio praevenientes officio* are an insertion only intended for occasional use. [6] The clause *Per Christum* is required before this termination. [7] This Postcommunion is evidently corrupt: one emendation which seems possible is the omission of *ut* before *divino*, and another the substitution of *ut* for *et* before *sicut*: but some further correction seems to be necessary. [8] *illi* V.

XCII.

IN EIUSDEM CONDITORIS AGENDIS.

Deus fidelium receptor animarum, praesta, quaesumus, ut famulus tuus *Ille* et in perpetua luce quiescat, et quod de hoc loco desideravit, obtineat. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Pro anima famuli tui *Illius*, Domine, tibi sacrificium [deferentes?][1] supplices exoramus, ut ad tuam misericordiam conferendam perpetuam dignanter eius vota perficias. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus pro anima famuli tui *Illius*[2], Domine, quaesumus, placatus intendas, et, ut fructum boni operis consequatur, quae in his locis Christiana promisit mente perficias: diesque nostros.

617 **Postcommun.**

Largire, quaesumus, omnipotens Deus, ut anima famuli tui *Illius*[2] plenam capiat de huius ecclesiae perfectione mercedem. Per Dominum nostrum.

[1] Some word such as that supplied in brackets seems required to complete the sense of the *Secreta*. [2] *Illi* V.

XCIII.

ORATIONES ET PRECES IN DEDICATIONE LOCI ILLIUS UBI PRIUS FUIT SYNAGOGA.

Deus qui absque ulla temporis mutabilitate cuncta disponis, et ad meliorandum[1] perducis quae eligis esse mu-

tanda, respice super hanc basilicam in honore beati *Illius*[2] nomini tuo dicatam; ut vetustate Iudaici erroris expulsa, huic loco sancti Spiritus novitatem[3] ecclesiae conferas veritatem[3]. Per Dominum nostrum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hunc locum, Iudaicae superstitionis foeditate detersa, in honore beati *Illius*[2] ecclesiae tuae dignatus es pulchritudinem[4] decorare[5]. Per Dominum.

Praesta, quaesumus, Domine, ut illa fides hic fulgeat, quae, signo crucis erecto[6], mortem subegit, et salutem nobis contulit et triumphum. Per.

Secreta.

Deus, vita credentium, et origo virtutum, reple, quaesumus, hoc templum tuae gloria maiestatis[7]: in honore beati *Illius* fiat domus orationis quod perditum[8] fuerat ante latibulum: et quia infidelium turba in isto loco conveniebat adversa, populus tuus oblationibus suis te hic semper mereatur invenire propitium. Per.

Postcommun.

III. xiv *infra.* Gratias tibi referimus, Domine, sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes, ut dignos eius nos participatione perficias. Per. γ

Ad Populum[9].

A plebe tua, quaesumus, Domine, spiritales nequitiae repellantur, et aeriarum discedat malignitas potestatum. Per Dominum.

[1] *meliorandam* V.; Tommasi suggests *meliora* or *melioranda*. [2] *Illi* V. [3] *novitatem* . . . *veritatem*, so V.; one of the accusatives is ungrammatical; Tommasi reads *novitate*, and this seems the more probable correction. [4] *pulchritudinem*, so V. (ungrammatically). [5] The Collect is incomplete. Possibly that which follows it should form part of it, and *Per Dominum* be omitted here. [6] *erecta* V. [7] Perhaps *ut* should be inserted here: Tommasi reads *gloria maiestatis in honore*, &c. [8] Perhaps *perditorum* is the true reading. [9] This prayer appears in another form in III. xlvii *infra*.

XCIV. 618

Orationes et preces in Dedicatione Fontis[1].

Egb. 53. Pam. 425. Gerb. ii. 59. Omnipotens sempiterne Deus, hoc baptisterium caelesti visitatione dedicatum Spiritus tui illustratione sanctifica, ut quoscumque fons iste lavaturus est, trina ablutione

purgati, indulgentiam omnium delictorum tuo munere consequantur. Per. γ

Omnipotens sempiterne Deus, fons omnium virtutum et plenitudo gratiarum, dignare eadem[2] sacro baptismati praeparata[2] maiestatis tuae praesentia consecrare, ut qui ubique totus es[3], etiam hic adesse te in nostris precibus sentiamus. Per. Egb. 53. Gerb. ii. 59.

Secreta.

Suscipe, quaesumus, Domine, preces nostras cum oblationibus supplicantum : et concede propitius, ut quidquid hic novum regenerandi per Spiritum sanctum acceperint, tua gratia fiat aeternum. Per. Egb. 53.

VD. Per Christum Dominum nostrum. Per quem nobis regenerationis exortus est[4], ut qui per carnalem originem mortales in hoc saeculo[5] veneramus, ad spem vitae aeternae ex aqua et Spiritu sancto renasceremur. Quod sacramentum pietatis tuae, Domine, ut [hoc][6] loco tota gratiae tuae potentia celebretur, supplices tibi hoc sacrificium laudis offerimus, obsecrantes misericordiam tuam, ut huic fonti virtutem Spiritus tui indesinenter praesidere concedas ; quo operante, omnes qui in haec fluenta descenderint, ab universorum criminum contagiis emundati, et perpetua sanctificatione purgati, libro beatae vitae mereantur ascribi. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus in huius consecratione baptisterii, quaesumus, Domine, placatus accipias ; et tua pietate concedas, ut quoscumque fons iste lavaturus est, omnium criminum abolitione purgentur ;
619 atque famulis tuis conditoribus mercedem tan·ti operis promissae retributionis impendas. Quam oblationem tu Deus.

Postcommun.

Multiplica, Domine, benedictionem tuam, et per Spiritum tui muneris[7] fidem nostram corrobora ; ut qui in haec fluenta descenderint[8], eos in libro vitae ascribi iubeas[9], in regno tibi Deo Patri in resurrectione tradendos. Per. γ Egb. 53. Pam. 425. Gerb. ii. 59.

Ad Populum.

Propitiare, Domine, familiae tuae, et benignus humilitatis nostrae vota sanctifica ; et[10] omnes in hoc fonte regenerandos universali adoptione custodi. Per. Egb. 54. Gerb. ii. 59.

[1] The contents of this section, except the Preface and *Hanc igitur*, appear (with slight variations) in the Pontifical of Egbert. Some of the prayers are given also by Gerbert from two Vienna MSS. in which they form part of the *Ordo in Dedicatione Baptisterii* (Gerb. ii. 59). [2] *dignare hoc fasculum* (sic) . . . *praeparatum* Gerb.; *eadem* (v. l. *eundem*) . . . *praeparatum* Egb.; V. as text. [3] *est* V.; Egb. Gerb. as text. [4] Some substantive should probably be supplied here: *exortus* may of course be taken as the subject: but if so, *renasceremur* is ungrammatical. [5] *saeculo*, so V. (ungrammatically). [6] *hoc* is not in V. but seems to be required by the sense. [7] *et Spiritus tui munere* Gerb. Pam.; V. Egb. as text. [8] *descenderunt* Gerb. [9] Egb. Pam. Gerb. have *in libro vitae ascribi mereantur* (omitting *eos*); Egb. Pam. also omit *in regno . . . tradendos*; V. as text. [10] *ut* V.; Egb. Gerb. as text.

XCV.

INCIPIT ORDO DE SACRIS ORDINIBUS BENEDICENDIS[1].

Martène, lib. I. cap. viii.

Haec autem singulis gradibus obseranda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis ministris[2] nomen dederit, inter lectores usque in vicesimum aetatis annum continuata observatione perduret[3]. Si maiori aetati[4] iam accesserit, ita tamen ut post baptismum statim se divinae militiae desiderat mancipari[5], sive inter lectores sive inter[6] exorcistas quinquennio[7] teneatur, et exinde acolytus[8] vel subdiaconus quatuor annis stet[9], et sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat. In quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, haerere debet[10]: exinde[11] suffragantibus meritis stipendiis[12] per tot gradus, datis propriae fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco[13] si illum exactior ad bonos mores vita perduxerit[14], summum pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege servata, ut neque bigamus[15] neque poenitens[16] ad hos gradus possit admitti: sane ut etiam defensores[17] ecclesiae, qui ex laicis fiunt[18], supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus[19].

Martène, lib. I. cap. viii. Miss. Franc. 661.

Episcopus quum ordinatur, duo episcopi ponant[20] et teneant[21] Evangeliorum codicem[22] super caput[23] eius: et uno super eum fundente[24] benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt[25] manibus suis caput eius tangant[26].

Presbyter quum ordinatur, episcopo eum be-nedicente[27], 620
etiam omnes presbyteri qui praesentes sunt [manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant][28].

Diaconus quum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit, manum super caput eius ponat: [reliqui vero sacerdotes iuxta manum episcopi caput illius ponant:][29] quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur[30].

Subdiaconus quum ordinatur, quia manuum[31] *impositionem non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aqua, et*[32] *aquamanili, ac manutergio*[33].

Acolytus quum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur[34] *qualiter se in officio*[35] *suo agere debeat: sed ab archidiacono*[36] *accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda luminaria ecclesiae mancipari: accipiat et urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistia corporis Christi.*

Exorcista quum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo:

Accipe et commenda[37], et habeto potestatem imponendi manum[38] super energumenum, sive baptizatum sive catechumenum. γ

Lector quum ordinatur, faciat de illo[39] *verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem*[40] *atque ingenium. Post haec, spectante*[41] *plebe, tradat ei codicem de quo lecturus est*[42], *dicens ad eum*[43]:

Accipe et esto verbi Dei relator, habiturus[44], si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum his qui verbum Dei ministraverunt[45]. γ

Ostiarius quum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem[46] *archidiaconi tradat ei episcopus claves ecclesiae de altari, dicens ei*[47]:

Sic age quasi redditurus Deo rationem pro his rebus quae[48] istis clavibus recluduntur. γ

Psalmista, id est cantor,[49] *potest absque scientia*[50] *episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero:*

Vide ut quod ore cantas, corde credas, et quod corde credis operibus probes. γ

Sanctimonialis[51] *virgo quum ad consecrationem sui episcopo*[52] *offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper usura est, professioni et sanctimoniae aptis.*

[1] This section contains certain canonical regulations on the subject of Ordination, extracted from two documents, viz. (*a*) the letter of Pope Zosimus to Hesychius of Salona; (*b*) the canons known as *Statuta Ecclesiae antiqua*, sometimes called those of the Fourth Council of Carthage. The former docu-

ment is also cited in three of Martène's Ordines, already referred to for the forms of Ordination of Priests and Deacons (xx–xxiii *supra*). In one of these (that taken from Egbert's Pontifical), the extract appears under the name of Innocent. It also appears, in a somewhat different form, in the Decretum of Gratian (Dist. lxxvii. c. 2). The Codex Gellonensis does not contain it; but it is found, apparently, in both the other MSS. which Martène employed, together with that codex, for his fourth *Ordo*. The Missale Francorum contains some of the canons cited here from the second document, and, like V., brings them together, as a preface to the liturgical formulae which follow: but they are not given in the same order as in V., the regulation as to the Ostiarius being placed first, that as to the Bishop last, while V. follows the order of the canons. In Martène's *Ordines* the canonical regulations and the liturgical formulae are blended together, so that the canon as to each order precedes immediately the forms of admission to that order. In V., as has already been noted on xx *supra*, the forms of Ordination for Bishops, Priests, and Deacons are separated from those for the minor orders. Otherwise it may be said that this section and that which follows it are, taken together, parallel to the corresponding portion of the Missale Francorum, and to the three *Ordines* of Martène. These last will be cited (as before) as Egb. Gem. Gell. [2] *ministeriis* Egb. Gem.; V., and Mart. *Ordo* iv, as text. [3] For *nomen dederit—perduret* Egb. Gem. substitute *nostra didicerit exempla et inter lectores usque in vicesimum annum continuata observatione perduraverit. Exinde . . .* [4] *aetati*, so V. Egb. Gem.; *aetate* Mart. *Ordo* iv; Tommasi reads *aetate*, and it seems not unlikely that this is the true reading. [5] *divino cultui mancipare desiderat* Egb. Gem.; V. *aetatem* for *statim*, otherwise as text: Mart. *Ordo* iv has *desideret*. [6] *in* Egb. [7] *quinque annis* Egb. Gem. [8] *et tunc catholicus* (sic) Egb. Gem. [9] *fit* Egb. Gem. [10] Egb. Gem. insert *ut melius inveniat*. [11] *Ex* V.; all Martène's *Ordines* as text. [12] Egb. Gem. omit *stipendiis*. [13] Egb. Gem. omit *presbyterii—loco*. [14] *si acutior vita illum* (*illius* Gem.) *ad bonos mores perduxerit* Egb. Gem. [15] *digamus* Mart. *Ordo* iv. [16] *neque revertens neque* (*sive* Gem.) *poenitens a maximis criminibus* Egb. Gem. [17] *Alioquin defensores* Egb. Gem. [18] Egb. Gem. insert *unius uxoris viri, si*. [19] *teneantur, et si vita, et moribus, et scientia scripturarum meruerint, in ordine clericatus admitti debent* Egb. Gem. [20] *duo episcopi manus eorum super caput eius ponant* Miss. Franc. [21] Gem. omits *et teneant*. [22] *librum* Egb. Gem. [23] *cervicem* Miss. Franc. Egb. Gem. [24] *et unus fundat super eum* Egb. Gem.; Miss. Franc. has *infundente*. [25] *adstant* Egb. [26] *super caput eius teneant* Miss. Franc.; *super capud eius tangant* Gem.; Egb. alters the end of the canon: V. Gell. as text. [27] *episcopum eum benedicentem* V. (ungrammatically); Gell. as text: Egb. Gem. Miss. Franc. have variations and insertions. [28] The words in brackets, omitted by V., are supplied from Miss. Franc. Gell. Egb.; Gem. adds *et componant*. [29] The words in brackets appear in V. and (with slight variation) in Martène's *Ordo* iv: they are not in Codex Gellonensis, or in the Missale Francorum: nor do they appear in Egb. Gem. which break up the canon into separate rubrical directions. They have probably been inserted in error through some confusion between this canon and such a form of that preceding, as appears in Miss. Franc. [30] Miss. Franc. omits *quia—consecratur*. [31] *manus* Egb. Gell. (*qui manus impositionem accipit* Gem.); Miss. Franc. omits the canon. [32] Egb. Gem. Gell. (?) omit *aqua et*. [33] *manutergium* Egb. Gem.; *aquimanile ac manutergio* V. [34] *ab archidiacono quidem doceatur* Miss. Franc.; *ab episcopis* (sic) *quidem doceatur* V.; *primum ab episcopo doceatur* Egb. Gem. Gell. [35] Miss. Franc. omits *se in*; Egb. Gem. Gell. omit *se*; V. as text. [36] *sed ab ipso archidiacono* Miss. Franc.; *et ab archidiacono* Gem. [37] Egb. Gem. Gell. insert *memoriae*; V. Miss. Franc. as text. [38] *manus* Miss. Franc. [39] *de illum* V. (ungrammatically); Egb. Gem. Gell. as text; Miss. Franc. omits the canon. [40] Egb. Gem. Gell. insert *ac vitam*; V. as text. [41] *expectante* Gem. Gell.; V. Egb. as text. [42] *sit* Egb. [43] Egb. Gem. omit *ad eum*. [44] *habitaturus* V. (corrected by Tommasi); Egb. Gem. Gell. as text. [45] *ministraverint* Gell. [46] *a suggescione* V.; Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. as text. [47] Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. omit *ei*. [48] *quaeque* V.; Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. as text. [49] Egb. Gem. insert *posteaquam* (*postquam* Gem.) *ab archidiacono instructus fuerit*; Miss. Franc. Gell. omit the canon. [50] *conscientia* Egb. Gem. [51] This canon is probably inserted here in view

of the fact that the form for benediction of virgins follows (in ciii *infra*) after the forms relating to ordinations. It appears in the matter prefatory to the form cited below from Gerb. ii. 95 (see notes on ciii *infra*). [m] *sui episcopi* V. Gerb. ii. 95; Bruns (*Canones*, p. 142) reads *suo episcopo*. The correction adopted in the text is that of Tommasi's note.

XCVI.

621 ITEM BENEDICTIONES SUPER EOS QUI SACRIS ORDINIBUS BENEDICENDI SUNT[1].

PRAEFATIO OSTIARII.

Deum Patrem omnipotentem suppliciter deprecemur[2], ut hunc famulum suum, nomine *Illum*[3], benedicere dignetur, quem in officium ostiarii eligere dignatus est[4]; ut sit ei fidelissima cura[5] in diebus ac noctibus ad distinctionem horarum certarum ad invocandum nomen Domini. Per Dominum[6]. γ Miss. Franc. 661. Martène, lib. I. cap. viii.

Item Benedictio eiusdem.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum ostiarium, nomine *Illum*[7], ut inter ianitores ecclesiae paret obsequia, et inter electos tuos partem[8] mereatur habere mercedis. Per. γ

PRAEFATIO LECTORIS.

Eligunt te fratres tui, ut sis lector in domo Dei tui: et agnoscas[9] officium tuum ut impleas illud: potens est enim Deus, ut augeat tibi gratiam. Per. γ

Benedictio Lectoris[10].

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, benedicere digneris hunc famulum tuum nomine *Illum* in officio[11] lectoris, ut assiduitate lectionum distinctus atque ornatus[12], curis modulis[13] spiritali devotione[14] resonet ecclesiae. Per Dominum. γ

PRAEFATIO EXORCISTAE.

Deum Patrem omnipotentem supplices deprecemur[15], ut hunc famulum suum, nomine *Illum*[16], benedicere dignetur in officium[17] exorcistae, ut sit spiritalis imperator ad abiciendos daemones de corporibus obsessis cum omni nequitia eorum multiformi. Per[6]. γ

Benedictio Exorcistae. 622

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc, nomine *Illum*, in officio [18] exorcistae [19], ut per impositiones [20] manuum et oris [21] officium eum eligere digneris, et imperium habeat spirituum immundorum coercendo [22], et probabilis sit medicus ecclesiae tuae, gratiae curationum virtute [23] confirmatus. Per Dominum. γ

PRAEFATIO ORDINANDI SUBDIACONI.

Oremus Deum ac Dominum nostrum, ut super servum suum, nomine *Illum* [7], quem ad subdiaconatus officium evocare [24] dignatus est, infundat benedictionem et gratiam suam : [ut [25]] in conspectu suo fideliter serviens, destinata [26] sanctis praemia consequatur. Per [27]. γ

Benedictio Subdiaconi.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, benedicere digneris famulum tuum hunc [28], nomine *Illum*, quem ad subdiaconatus officium dignatus es eligere [29], ut eum sacrario tuo sancto strenuum sollicitumque caelesti militiae instituas ; et sanctis altaribus fideliter subministret, et requiescat super eum spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis ; repleas eum spiritu [30] timoris tui, ut eum ministerio divino [31] confirmes, ut obediens [32] atque dicto parens tuam gratiam consequatur. Per. γ

Consecratio manuum [33].

Consecrentur manus istae per istam unctionem et nostram benedictionem, ut quaecumque benedixerint, benedicta sint, et quaecumque sanctificaverint, sanctificentur. Per Dominum nostrum. γ

[1] The forms contained in this section are compared with the parallel portion of the Missale Francorum, and with the three *Ordines* of Martène cited for the last section. It may be noted that V. altogether omits the forms for Acolytes. [2] *deprecamur* Gem. Gell. [3] *nomine* Ille V. [4] *dignatus es* V. [5] Gem. inserts *in domu Dei*. [6] Egb. Gem. have (instead of *Per Dominum*, &c.) *adiuvante Domino*, &c. [7] *nomine* Illi V. [8] *partem tuam* Miss. Franc.; *partem tuae* Egb. Gell.; *partem suae* Gem.; V. as text. [9] *cognoscas* Gell. [10] Egb. Gem. have before this benediction a bidding of prayers, which does not appear in V. Miss. Franc. Gell. [11] *officium* Miss. Franc. Egb. Gem.; V. Gell. as text (perhaps ungrammatically). [12] *ordinatus* Miss. Franc. Egb.; V. Gem. Gell. as text. Egb. Gem. proceed *et agenda dicat et dicta opere compleat et utroque* (*in utroque* Egb.) *sanctae ecclesiae consulat* (*conluceat* Gem.). *Per*. [13] Martène notes the reading *cuius modulis* as appearing in some of

the MSS. used for his fourth *Ordo*. [14] Miss. Franc. inserts *lingua*; Gell. inserts *gratiae*; V. as text. [15] *deprecamur* Miss. Franc. Egb. Gem. Gell. [16] *nomine* Illo V. [17] *officio* Miss. Franc.; V. Egb. Gem. Gell. as text. [18] *officium* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. as text (perhaps ungrammatically). [19] *exorcistam* V. [20] *et ad impositionem* Egb.; *ut per impositionem* Gem. Gell.; V. Miss. Franc. have *ut per impositionis*. [21] V. inserts *in*. [22] *coercendum* Miss. Franc.; *coercendorum* Egb. Gell.; V. Gem. as text. [23] *virtutis* Gem. [24] *vocare* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. as text. [25] V. omits *ut*. [26] *praedestinata* Egb. Gem. Gell.; V. Miss. Franc. as text. [27] Egb. Gem. Gell. have *Auxiliante Domino*, &c. [28] *huic* V. [29] *eligere dignatus es* Miss. Franc. Egb. Gem. Gell.; V. as text. [30] *spiritum* V. [31] *ut eum in ministerio divino* Miss. Franc.; *et eum ministerio tuo* Egb.; *et eum mysterio divino* Gem.; *et eum ministerio divino* Gell.; V. as text. [32] Egb. Gem. Gell. insert *facto*; V. Miss. Franc. as text. [33] Tommasi notes that this form is misplaced, belonging to the ordination of a priest. It appears in Miss. Franc. Gem. Gell. among the forms relating to priests: but in Egb. it is attached to the forms for deacons, with the title *Consecratio manuum diaconi de oleo sancto et chrisma* (*de oleo ad chrisma* Mart.). Its wording is slightly varied in the different texts.

XCVII.

623 IN NATALE[1] CONSECRATIONIS DIACONI.

Ad preces nostras, quaesumus, Domine[2], propitiatus intende, ut Levitae tui[3] sacris altaribus servientes, et fidei veritate fundati, et mente sint spiritali[4] conspicui. Per Dominum. Leon. 421.

Secreta[5].

Suscipe, quaesumus, Domine, hostias famuli et Levitae tui *Illius*, quibus mentium nos tui nomine devotarum, et a terrenis contagiis expiari et caelestibus contulisti propinquare consortes[6]. Per Dominum nostrum. See Leon. 450.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famuli tui *Illius*, quam tibi offerimus ob diem quo eum in Levitarum sacrarii ministeriis constituisti, quaesumus, Domine, placatus accipias, eique propitiatus concedas, ut cui donasti Levitae ministerii facultatem, tribuas sufficientem gratiam ministrandi. Quam oblationem.

Postcommun.

Praesta quaesumus Domine ut [et de [7]] nostrae gaudeamus provectionis[8] augmento, et de congruo sacramenti paschalis obsequio. Per Dominum. Leon. 430.

[1] *Natale* so V. [2] *Domine, quaesumus* Leon. [3] Leon. omits *Levitae tui*. [4] *et mentis sint puritate* Leon. [5] This secret is given in the text in the form in which it stands in V., the result of an unskilful adaptation of the form in Leon.; the latter has *Suscipe, Domine, quaesumus, hostias mentium tuo nomini devotarum, quibus nos et a terrenis*, &c. [6] *consortiis* Leon. [7] V. omits the words in brackets, which are restored from Leon. [8] *profeccionis* V.; Leon. as text.

XCVIII.

IN NATALE CONSECRATIONIS PRESBYTERI QUALITER SIBI MISSAM DEBEAT CELEBRARE[1].

R. Gerb. 257. Leon. 431.

Deus cuius arbitrio omnium saeculorum[2] ordo decurrit, respice propitius ad nostri temporis aetatem[3]; ut tibi servitus nostra complaceat, et misericordiae tuae in nobis dona concedas[4]. Per Dominum.

Secreta.

R. Gerb. 257. Leon. 449.

Muneribus nostris, Domine, precibusque susceptis, et caelestibus [nos[5]] munda mysteriis et clementer exaudi. Per Dominum. γ

*V.D. Aequum et salutare. Quia in saeculorum saecula, 624
Domine, permanet laudatio tua. Vox haec populi tui fideliter concinentis ut maiestati tuae placens atque iocunda sit deprecamur: simul etiam illud supplex quaeso ut haec sacrificia quae[6] tibi indignus offerre praesumo ob diem, quo me sacris altaribus sacerdotem consecrari iussisti, de excelso[7] throni tui respicere digneris, benedictione tua benedicas, sanctificatione tua sanctifices. Per Christum Dominum.

Infra actionem.

R. Gerb. 257.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offero ego tuus famulus hodie ob diem quo me nullis[8] dignum meritis, sed solo tuae misericordiae dono, ad hunc locum perducere dignatus es presbyterii, quaeso placatus accipias; maiestatem tuam suppliciter deprecans, ut sicut me sacris altaribus tua dignatio sacerdotali servire praecepit officio, ita et dignum praestet et meritum[9]. Quam oblationem.

Postcommun.

R. Gerb. 257. Leon. 437.

Purificet nos, Domine, caelestis executio sacramenti, et ad tuam magnificentiam capiendam divinis affectibus[10] semper instauret. Per.

[1] This Missa agrees for the most part with that given by Gerb. (from R.) with the title '*Consecratio Presbyteri*.' Another *Missa* for the same use is given in III. xxvii *infra*. [2] *caelorum* V.; R. Leon. as text, and so V. in the similar collect III. xxvii *infra*. [3] *nostrae tempus aetatis* Leon.; V. Gerb. as text (R. has *temporibus* for *temporis*); Leon. inserts *et* before *ut tibi*. [4] *complaceat, tua in nobis dona conserva* Leon.; V. R. Gerb. as text. [5] V. omits *nos* which seems required for the sense, and is restored from R. Leon. [6] *quam* V. [7] *excelsa* V. [8] *nullius* V.; R. as text. [9] *meritum*, so V. R.; Tommasi suggests *merito*. [10] *effectibus* Leon.; V. R. as text.

XCIX.

Orationes de Episcopis Ordinandis[1].

Oremus, dilectissimi nobis, ut his viris ad utilitatem ecclesiae provehendis[2] benignitas omnipotentis Dei gratiae suae tribuat largitatem. Per. γ Miss. Franc. 670.

Exaudi, Domine, supplicum preces, ut quod nostro gerendum est ministerio tua potius[3] virtute firmetur. Per. Leon. 421. Miss. Franc. 670.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et inclinato super hos famulos tuos cornu gratiae sacerdotalis benedictionis tuae in eos effunde virtutem. Per Dominum. γ Leon. 422. Miss. Franc. 670.

625 **Consecratio.**

Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum quae gloriae tuae sacris famulantur ordinibus ; Deus qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu[4] inter caetera caelestis documenta culturae[5] de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri[6] inter sacra iussisti, ut intelligentiae sensum de exemplis priorum[7] caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinae tuae ulli deesset aetati, quum et apud veteres reverentiam ipsa[8] significationum species obtineret, et apud nos certiora essent experimenta rerum quam aenigmata figurarum. Illius namque sacerdotii anterioris habitus nostrae mentis ornatus est, et pontificalem gloriam[9] non iam nobis honor[10] commendat vestium sed splendor[11] animarum, quia et illa quae tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius quae in ipsis erant intelligenda poscebant. Et idcirco [his[12]] famulis tuis, quos ad summi sacerdotii ministerium elegisti[13], hanc, quaesumus, Domine, gratiam largiaris, ut quidquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, in[14] multimodi operis varietate signabant, hoc in horum moribus actibusque clarescat. Comple, Domine[15], in sacerdotibus tuis mysterii[16] tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructos caelestis unguenti fluore[17] sanctifica. Hoc, Domine, copiose in eorum caput influat, hoc in oris subiecta decurrat, hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus et interiora horum[18] repleat et exteriora circumtegat. Abundet in his constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. Sint speciosi[19] munere tuo pedes horum ad evangelizandum

Leon. 422. Miss. Franc. 671. Martène, lib. I. cap. viii.

pacem[20], ad evangelizandum bona tua. Da eis, Domine, ministerium reconciliationis in verbo, et in factis, et in virtute[21] signorum et prodigiorum. Sit sermo eorum et praedicatio non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus et virtutis. Da eis, Domine, claves regni caelorum: utantur[22], nec[23] glorientur potestate[24], quam • tribuis in aedificationem, non in de- 626
structionem. Quodcumque ligaverint super terram sit ligatum[25] et in caelis, et quodcumque solverint super terram sit solutum[25] et in caelis. Quorum detinuerint[26] peccata, detenta sint; et quorum dimiserint, tu dimittas. Qui benedixerit [eis[27]], sit benedictus; et qui maledixerit eis, maledictionibus repleatur. Sint fideles servi [et] prudentes[28], quos constituas tu, Domine, super familiam tuam, ut dent illis cibum in tempore necessario; ut exhibeant omnem hominem perfectum. Sint sollicitudine[29] impigri, sint spiritu ferventes. Odiant superbiam; diligant veritatem, nec eam unquam deserant aut lassitudine aut timore superati. Non ponant lucem tenebras, nec tenebras lucem[30]; non dicant malum bonum, nec bonum malum. Sint sapientibus [et insipientibus[31]] debitores, et fructum de profectu omnium consequantur. Tribuas eis, Domine, cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam tuam et plebem universam. Sis eis auctoritas [sis eis potestas, sis eis firmitas[32]]; multiplices super eos benedictionem et gratiam tuam, ut ad exorandam semper misericordiam tuam tuo munere idonei, tua gratia possint esse devoti. Per. γ

Secreta.

Miss. Franc. 673. Suscipe, Domine, munera quae tibi offerimus pro famulo tuo *Illo*, et propitius in eodem tua dona custodi. Per Dominum. γ

Postcommun.

Mart. *u. s.* Plenum, quaesumus, Domine, in nobis remedium tuae miserationis operare, et tales nos esse perfice, [ut] propitius fovere digneris[33]. Per. γ

[1] This section has been compared with the parallel forms in the Leonine Sacramentary, and in the Missale Francorum: and also with the following *Ordines* in Martène and Gerbert; (*a*) Martène's *Ordo* ii (Pontifical of Egbert, cited as Egb.); (*b*) Martène's *Ordo* iii (Missal of Robert of Jumièges, cited as Gem.); (*c*) Martène's *Ordo* iv, taken from Codex Gellonensis and two others (cited as Gell.); (*d*) Gerbert's *Ordo* from a Vienna MS. saec. ix ('olim Augiensis monasterii') in *Mon. Vet. Lit. Aleman.* ii. 42 (cited as Gerb.). The readings of these four *Ordines* are not given in all cases. Some of them are

intended for the consecration of one bishop only. [2] *providendis* V. Miss. Franc. Gell.; *provehendo* Egb. Gem. (Duchesne, *Or. du Culte Chrétien* makes the correction here adopted). [3] *propitius* V.; Leon. Miss. Franc. Gell. as text; Egb. Gem. Gerb. have *tuae virtutis impleatur effectu.* [4] *affectu* V. Miss. Franc.; *afflatu* Gerb.; Leon. as text. [5] *culturem* V. [6] *vestire* V. Miss. Franc.; Leon. Gell. Egb. Gem. Gerb. as text. [7] *piorum* Gerb. [8] *ipsam* V. [9] *pontificalis gloriae* V. Gell.; *pontificalis gloria* Miss. Franc.; Leon. Egb. Gem. Gerb. as text. [10–11] *honorem . . . splendorem* V. Miss. Franc. Gell.; Leon. Egb. Gem. Gerb. as text (Leon. has *animorum*). [12] V. Miss. Franc. omit *his*, which is restored from Leon. [13] *delegisti* Leon. [14] *et* V. Miss. Franc. Gell.; Leon. Egb. Gem. Gerb. as text. [15] Leon. Egb. Gem. Gerb. omit *Domine.* [16] *ministerii* V. Gell. Egb. Gem.; Leon. Miss. Franc. Gerb. as text. [17] *flore* V. Miss. Franc. Gell. Egb. Gem. Gerb.; Leon. as text. [18] *interiorum ora* V. Miss. Franc.; Leon. as text (similarly Gell. Egb. Gem. Gerb.). [19] Leon. Gerb. omit the whole passage from *Sint speciosi* to *profectu omnium consequantur*: while Egb. Gem. have it with omissions and variations. [20] *speciosi pedes eius ad evangelizandum verbum tuum* Egb. Gem., which omit what follows immediately in the text, and proceed *non in persuasibilibus*, &c. [21] Miss. Franc. inserts *et*; V. Gell. as text. [22] Egb. Gem. omit *utantur . . , destructionem*, and read *claves regni caelorum, ut quodcumque*, &c. [23] *ne* V.; Miss. Franc. Gell. as text. [24] *potestatem* V. (ungrammatically); Miss. Franc. Gell. as text. [25] *sint ligata . . . sint soluta* V.; Miss. Franc. Gell. as text. [26] *retinuerint* V.; Miss. Franc. Gell. as text. [27] V. omits *eis*, which is restored from Miss. Franc. Gell. [28] *servi fideles et prudentes* Miss. Franc.; V. omits *et*; Gell. as text. [29] *sollicitudinem* V. (ungrammatically); Miss. Franc. Gell. as text. [30] *lucem ad tenebras nec tenebris lucem* V. Miss. Franc.; Gell. as text. [31] V. omits *et insipientibus*, which is restored from Miss. Franc. Gell. [32] V. omits the words in brackets, which are restored from Leon. Miss. Franc. Gell.: Egb. Gem. Gerb. have them with slight variation. [33] *perficere propitius fovere digneris* V.; Egb. has *perfice ut nos ubique fovere digneris*, which suggests the correction in the text. The other *Ordines* cited do not contain the prayer.

C.

ITEM MISSA QUAM PRO SE EPISCOPUS DIE ORDINATIONIS SUAE CANTAT [1].

Deus, qui non propriis suffragantibus meritis, sed sola ineffabili gratiae largitate, me familiae tuae praeesse iussisti, tribue tibi digne persolvere ministerium sacerdotalis officii, et ecclesiasticis convenienter servire ministeriis, 627 *plebemque commissam, te in omnibus protegente, gubernare concede. Per. Men. 227.

Deus, mundi creator et rector, ad humilitatis meae preces placatus attende [2], et me famulum tuum, quem [3] nullis suffragantibus meritis, sed immensa largitate clementiae tuae [4], caelestibus mysteriis servire tribuisti, dignum sacris altaribus fac ministrum; ut quod mea celebrandum [5] voce depromitur, tua sanctificatione firmetur. Per. Leon. 427. Men. 227.

Secreta.

Ad gloriam, Domine, tui nominis, annua festa repetentes sacerdotalis exordii, hostiam tibi laudis offerimus, suppli- Leon. 432. Men. 227.

citer exorantes, ut cuius ministerii vice tibi servimus immeriti, suffragiis eius reddamur [6] accepti [7]. Per.

Infra actionem.

Men. 227. Hanc quoque [8] oblationem, quam offero ego tuus famulus et sacerdos ob diem in quo me dignatus es ministerio sacro constituere sacerdotem, obsecro, Domine, placatus accipias. Unde maiestatem tuam supplex exoro [9] ut quod in me [10] largiri dignatus es, propitius custodire digneris [11]. Per Christum Dominum nostrum. Quam oblationem.

Postcommun.

Men. 228. Cf. Leon. 433. Repleantur consolationibus tuis, Domine, quaesumus, tuorum corda fidelium, pariterque etiam et de ecclesiae praesule, et de suorum votorum plenitudine gratiarum referant actiones [12]. Per.

[1] This Missa corresponds very closely with the *Missa propria in die ordinationis suae* in Menard's Sacramentary. [2] *intende* Men.; V. Leon. as text. [3] *quae* V. [4] Leon. omits *tuae*. [5] *celebranda* V. [6] *reddantur* Leon. (wrongly). [7] *acceptis* V. [8] *Hanc quoque*, so V.; Men. has *Hanc igitur*. [9] *suscipias; maiestatem tuam supplex exorans* Men. [10] *ut in me quod* Men. [11] Men. like V. seems to ignore the clause *Diesque nostros*. [12] *actionem* Men.; V. as text. The parallel collect in Leon. only agrees with that in the text as regards its first clauses.

CI.

ITEM IN NATALITIO EPISCOPI, SI INFIRMUS AUT ABSENS FUERIT, QUALITER PRESBYTER DEBEAT CELEBRARE MISSAM.

Leon. 426. Praesta, quaesumus, omnipotens sempiterne Deus, ut fidelibus tuis ordinatum praebeamus affectum, eisque nos similiter spiritum sanctum diligendi [1] benignus infunde [2]. Per.

Secreta. 628

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut in tua spe et caritate sincera sacrificium tibi placatum deferamus et plebis [3] et praesulis. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem sancti patris nostri *Illius* episcopi, quam tibi offerimus ob diem quo eum pontificali benedictione ditasti [quaesumus, Domine, placatus accipias [4]]. Praebe ei, quaesumus, aetatis spatia prolixiora, cuius sacer-

dotii nobis tempora dignatus es donare praecipua. Quam oblationem.

Postcommun.

Deus, qui nos sacramentis tuis pascere non desistis, tribue, quaesumus, ut eorum nobis indulta refectio vitam conferat sempiternam. Per. Leon. 428.

[1] *eisque nos similiter diligendi spiritum* Leon. (omitting *sanctum*); V. as text. [2] The collect in the text forms the first part of that in Leon. [3] *plebi* V. [4] The words in brackets are not in V., but this, or some equivalent form, is required for the completion of the clause.

CII.

ITEM MISSA PRO ALIO SACERDOTE.

Deus, qui dierum nostrorum numeros, mensurasque temporum[1] maiestatis tuae potestate dispensas, ad humilitatis nostrae propitius[2] respice servitutem, et[3] tuae pacis abundantia tempora nostra et episcopi nostri tua gratia benignus accumula[4]. Per. Leon. 428.

Secreta.

Respice, quaesumus, Domine, nostram propitius servitutem; et haec oblatio nostra sit[5] tibi munus acceptum, sit fragilitatis nostrae subsidium sempiternum. Per[6]. γ Leon. 448.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famuli tui et antistitis tui *Illius*, quam tibi offert ob devotionem mentis suae, quaesumus, Domine, placatus accipias, tuaque in eo munera ipse custodias; donesque ei annorum spatia, ut ecclesiae tuae feliciter praesidendo, te omnia in omnibus operante, sic utatur temporalia[7] ut praemia mereatur aeterna. Diesque nostros.

629 **Postcommun.**

Da, quaesumus, Domine, ut tanti mysterii munus indultum non condemnatio, sed sit medicina sumentibus. Per. xxviii *supra*.

[1] *temporumque mensuras* Leon. [2] *propitius ad humilitatis nostrae* Leon. [3] *ut* Leon. [4] *tempora nostra cumulentur* Leon. [5] *ut quod offerimus sit* Leon. [6] *sit nostrae fragilitati subsidium. Per.* Leon. [7] *temporalia*, so V. ungrammatically.

CIII.

CONSECRATIO SACRAE VIRGINIS, QUAE IN EPIPHANIA, VEL SECUNDA FERIA PASCHAE, AUT IN APOSTOLORUM NATALITIO CELEBRATUR [1].

Sequitur oratio.

Leon. 444. Respice propitius, Domine, super hanc famulam tuam, ut virginitatis sanctae propositum, quod te inspirante suscipit [2], te gubernante custodiat. Per. γ

Item Benedictio.

Leon. 444. Miss. Franc. 674. Egb. 108. Gerb. ii. 95. Deus, castorum corporum benignus habitator, et incorruptarum Deus [3] amator animarum, Deus qui humanam substantiam, in primis hominibus diabolica fraude vitiatam, ita in Verbo tuo, per quod omnia facta sunt, reparas, ut eam non solum ad primae originis innocentiam revoces, sed etiam ad experientiam quorumdam bonorum [4] quae in novo saeculo sunt [5] habenda, perducas, et obstrictos adhuc conditione mortalium, iam ad similitudinem provehas angelorum; respice, Domine, super hanc famulam tuam, quae in manu tua continentiae suae propositum collocans, tibi devotionem suam offert, a quo ipsa vota [6] assumpsit [7]. Quando enim animus, mortali carne circumdatus, legem naturae, libertatem licentiae, vim consuetudinis, et stimulos aetatis evinceret, nisi tu per liberum arbitrium hunc amorem virginitatis clementer [8] accenderes, tu hanc cupiditatem in earum [9] corde benignus aleres, tu fortitudinem ministrares? Effusa namque in omnes gentes gratia tua, ex omni natione quae est sub caelo [10] in stellarum innumerabilem numerum novi testamenti heredibus adoptatis, inter caeteras virtutes quae filiis tuis, non ex sanguinibus, neque ex vo•luntate [11] 630
carnis, sed de tuo Spiritu genitis, indidisti; etiam hoc [12] donum in quasdam [13] mentes de largitatis tuae fonte defluxit, ut quum honorem [14] nuptiarum nulla interdicta minuissent, ac super sanctum coniugium initialis [15] benedictio permaneret, existerent tamen sublimiores animae, quae in viri [16] ac mulieris copula fastidirent connubium, concupiscerent sacramentum [17], nec imitarentur quod nuptiis agitur, sed diligerent quod nuptiis praenotatur. Agnovit auctorem suum beata virginitas, et aemula integritatis angelicae, illius thalamo, illius cubiculo se devovit qui sic

perpetuae virginitatis est [sponsus, quemadmodum perpetuae virginitatis est][18] filius. Imploranti ergo auxilium tuum, Domine, et confirmari se benedictionis[19] tuae consecratione cupienti, da protectionis tuae munimen et regimen[20], ne hostis antiquus qui excellentiora studia subtilioribus infestat insidiis, ad obscurandam perfectae continentiae palmam per aliquam mentis serpat[21] incuriam, et rapiat de proposito virginum, quod etiam moribus decet inesse nuptarum[22]. Sit in ea, Domine, per donum Spiritus tui prudens modestia, sapiens benignitas[23], gravis lenitas, casta libertas: in caritate ferveat, et nihil extra te diligat, laudabiliter vivat, laudarique non appetat. [Te] in sanctitate corporis, te in animi sui puri[tate glori]ficet[24]; amore te timeat, amore tibi serviat. Tu ei honor sis, tu gaudium, tu voluntas, tu in moerore consola[tio], tu[25] in ambiguitate consilium, tu in iniuria defensio, in tribulatione patientia, in paupertate abundantia, in ieiunio cibus, in infirmitate medicina. In te habeat omnia quem diligere appetit[26] super omnia, et quod est professa custodiat, scrutatori pectorum non corpore placitura sed mente. Transeat in numerum sapientium puellarum, ut caelestem sponsum accensis[27] lampadibus cum oleo praeparationis expectet; nec turbata[28] improvisi regis adventu, secutura cum lumine [ut] praecedentium choro iungatur occurrat[29], nec excludatur cum stultis. Regalem[30] ianuam cum sapientibus virginibus licenter introeat, et in
631 Agni * tui perpetuo comitatu probabilis mansura castitate permaneat. Per Dominum. γ

Benedictio vestimentorum virginum[31].

Deus, aeternorum bonorum fidelissime[32] promissor, certissime[32] persolutor[33], qui vestimentum salutare, et indumentum iocunditatis tuis fidelibus promisisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, ut haec indumenta, humilitatem cordis et contemptum mundi significantia, quibus famulae tuae sancto visibiliter sunt informandae proposito, propitius[34] benedicas; ut[35] beatae castitatis habitum, quem te aspirante[36] suscipiunt, te protegente custodiant; et quas vestibus venerandae promissionis induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Dominum nostrum. γ Egb. 107. Gerb. ii. 93, 95.

[1] The heading of the parallel form in Gerb. ii. 95 (from a Vienna MS. saec. x) agrees with that here given, except in reading *natalitiis* for *natalitio*. The offices in Leon. Miss. Franc. Egb. are for more than one person:

the variations due to this difference from V. are not noted. [2] *suscepit* V.; *suscipiunt* Leon. [3] Egb. Gerb. omit *Deus*; V. Leon. Miss. Franc. as text. [4] *experientiam horum bonorum* Egb.; *experientiam bonorum* Miss. Franc.; V. Leon. Gerb. as text. [5] *sunt saeculo* Egb. [6] *et ipsa idem votum* Gerb. [7] *sumpserunt* Leon. Miss. Franc. Egb. [8] *nisi tu hanc flammam clementer* Leon.; *nisi tu hanc flammam virginitatis clementer* Egb.; V. Miss. Franc. Gerb. as text. [9] *eius* Gerb.; V. Miss. Franc. Egb. as text: Leon. omits *in earum corde.* [10] *sub caelo est* Gerb. [11] *sanguinibus, ne voluptate* Miss. Franc. [12] *et iam hoc* Gerb. [13] *quorumdam* Miss. Franc. Egb.; V. Leon. Gerb. as text. [14] *cum honore* V. Miss. Franc. Egb.; *quamvis honorem* Gerb.; Leon. as text. [15] *super* (*coniugalem* Egb.) *copulam tua* Miss. Franc. Egb.; V. Leon. Gerb. as text. [16] For *quae in viri . . . praenotatur* Miss. Franc. and Egb. have *quae non concupiscerent quod habet mortale connubium, sed hoc eligerent quod promisit* (*praemittit* Miss. Franc.) *divinum Christi ecclesiaeque* (*divinum ecclesiae Christi* Egb.) *sacramentum.* [17] *sacramento* V. (ungrammatically); Leon. Gerb. as text. [18] V. omits the words in brackets, which are supplied from Leon. Miss. Franc. Egb. Gerb. [19] *confirmari ex benedictionis* Miss. Franc. [20] Miss. Franc. omits *et regimen.* [21] *serpat mentis* Miss. Franc. Egb.; V. Leon. Gerb. as text. [22] *nupciarum* V., and so Miss. Franc. Egb. Gerb.; Leon. as text. [23] Miss. Franc. Egb. omit *sapiens benignitas . . . appetit super omnia.* [24] *In sanctitate corporis te in animi sui purificet* V.; the portions in brackets are restored from Leon. Gerb. (the latter has *animae suae*). [25] *in merore consolatu* V.; *in moerore solatium, tu* Leon. Gerb. [26] *appetat* V.; Gerb. as text: Leon. has *quem elegere super omnia,* and so ends the benediction. [27] *aversis* Gerb. [28] *perturbatae* Egb. [29] *adventu, sed secura cum lumine et praecedentium virginum choro iuncta occurrat* Gerb. *sed securae cum lumine praecedentium choro virginum occurrant* Egb.; V. (Miss. Franc. agreeing) as text, save that V. omits *ut.* [30] *stultis, sed regalem* Egb. [31] Gerb. gives this benediction in full from one Vienna MS., and its opening words from another. [32] *fidelissimi . . . certissimi* V.; Egb. Gerb. (ii. 95) as text. [33] *consolator* Egb.; Gerb. (ii. 93) omits *certissime persolutor . . . ut.* [34] *informandae propitius propositum* V.; Egb. Gerb. as text. [35] *et* Egb. Gerb.; V. as text. [36] *spirante* V.; Egb. Gerb. as text.

CIV.

ITEM ORATIO SUPER ANCILLAS DEI, QUIBUS CONVERSIS VESTIMENTA MUTANTUR [1].

Egb. 108. Gerb. ii. 97.

Te invocamus Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, super has famulas tuas, quae tibi voluerunt [2] servire puris mentibus mundoque corde, ut eas sociare digneris inter illa centum quadraginta quatuor millia infantium, [qui] [3] virgines permanserunt [4] et se [5] cum mulieribus non coniquinaverunt, in quorum ore dolus inventus non est: ita et [6] has famulas tuas facias permanere immaculatas usque ad finem. Per immaculatum Iesum Christum Dominum nostrum, cum quo vivis [7] et regnas Deus in unitate Spiritus sancti per omnia saecula. γ

[1] This benediction appears in Egbert's Pontifical, and in one of Gerbert's Vienna MSS. (the same to which reference has been made for the form *Deus castorum corporum*). In Egbert's Pontifical, the benediction is apparently a prelude to *Deus castorum corporum*: in Gerbert's MS. it is part of a separate form. [2] *hanc famulam tuam, quae tibi vovit* Gerb. [3] *qui* omitted by V. is supplied from Gerb.; Egb. has *quae.* [4] *promanserunt* V.; Egb. Gerb. as text. [5] Gerb. omits *se.* [6] *Etita* Gerb. [7] *qui vivit* Egb.; V. Gerb. as text.

CV.

Item orationes ad missas eiusdem.

Da, quaesumus, Domine, famulae tuae, quam virginitatis honore dignatus es decorare, inchoati operis consummatum effectum; et ut perfectam tibi offerat plenitudinem, initia sua perducere mereatur ad finem. Per. γ

632 **Secreta.**

Oblatis hostiis, Domine, quaesumus, praesenti famulae tuae perseverantiam perpetuae virginitatis accommoda; ut apertis ianuis summi Regis adventu cum laetitia mereatur intrare. Per. γ

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famulae tuae *Illius*, quam tibi offert ob diem natalis sui, in quo eam tibi socians, sacro velamine protegere dignatus es, quaesumus, Domine, propitiatus sanctifica, ut tibi Domino ac Sponso suo venienti cum lampade suo [1] inextinguibili placitura occurrere mereatur. Per.

Postcommun.

Respice, Domine, famulae tuae tibi debitam servitutem; Cf. Leon. 405.
ut inter humanae fragilitatis incerta, nullis adversitatibus opprimatur, quae de tua protectione confidit. Per. γ

[1] *suo*, so V. (ungrammatically, as in cvi *infra*).

CVI.

Item alia eiusdem.

Deus, castitatis amator et continentiae conservator, supplicationem nostram benignus exaudi, et hanc famulam tuam propitius intuere; et quae pro timore tuo continentiae pudicitiam vovit tuo auxilio conservetur, ut sexagesimum fructum continentiae vitam aeternam, te largiente, percipiat. Per.

Secreta.

Munera, quaesumus, Domine, famulae et sacratae tuae *Illius*, quae tibi ob consecratione [1] sui corporis offert [2], simul ad eius animae medela [1] proficiant. Per Dominum nostrum.

Postcommun.

Bonorum, Deus, operum institutor, famulae tuae *Illius* [3] corda purifica, ut nihil in ea quod punire, sed quod coronare possis, invenias. Per.

ITEM ALIA EIUSDEM. 633

Preces famulae tuae *Illius*, quaesumus, Domine, benignus exaudi; ut assumptam castitatis gratiam, te auxiliante, custodiat. Per.

Secreta.

Votivis, quaesumus, Domine, famulae tuae *Illius* [3] adesto muneribus; ut te custode servata hereditatem benedictionis aeternae percipiat. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famulae tuae *Illius*, quam tibi offerimus ob diem natalis eius •, quo eam sacro velamine 634
protegere dignatus es, quaesumus, Domine, placatus accipias. Pro qua maiestati tuae supplices fundimus preces, ut in numero [4] eam sanctarum virginum transire praecipias ut tibi Sponso veniente cum lampade suo [5] inextinguibili possit occurrere, atque intra regni caelestis [6] claustra gratias tibi referat, choris sanctarum virginum sociata. Quam oblationem.

Postcommun.

Deus, qui habitaculum tuum in corde pudico fundasti, respice super famulam tuam; et quae castigationibus assiduis postulat, tua consolatione percipiat. Per. γ

[1] *consecracione* . . . *medilla* V. (ungrammatically). [2] *offeret*, the reading of V., is retained by Tommasi, but is a mere mis-spelling, which occurs elsewhere in the MS. [3] *Illi* V. [4] *numero*, so V. (ungrammatically). [5] *suo*, so V. (ungrammatically, as in cv *supra*). [6] *regna caelestia* V.; Tommasi corrects as text.

LIBER II.

A + Ω

635

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

ORATIONES ET PRECES DE NATALITIIS SANCTORUM.

I.

Denuntiatio Natalitii unius Martyris.

Noverit vestra devotio, sanctissimi fratres, quod beati martyris *Illius* anniversarius dies intrat, quo[1] diaboli tentationes exsuperans universitatis Creatori gloriosa passione [coniunctus[2] est. (*Item pluraliter* Quo[3] diaboli tentamenta vincentes universitatis Creatori gloriosa passione] coniuncti sunt.) Ideoque Dominum collaudemus[4], qui est mirabilis in sanctis suis: ut qui illis victoriae coronam contulit nobis eorum meritis delictorum indulgentiam largiatur. In *illo* igitur loco (vel in *illa* via[5]) *illa* feria hanc eandem[6] festivitatem solita[7] devotione celebremus.

R. S. Gerb. 214. see Men. note 588.

Denuntiatio quum reliquiae ponendae sunt Martyrum.

Dilectissimi fratres, inter caetera uirtutum solemnia, quae ad gloriam pertinent Christi Domini nostri hoc quoque[8] praestitit martyribus, qui pro nominis[9] eius confessione morte suscepta caelestia praemia meruerunt; ut fidelium votis eorum praeclaris reliquiis collocatis integritas sancti corporis esse credatur. Et ideo commonemus[10] dilectionem vestram, quoniam *illa* feria *illo* loco reliquiae sunt[11] sancti *Illius* martyris collocandae[11]: quaesumus ut vestram praesentiam nobis admonentibus non negetis.

See Gerb. ii. 49 (from a Zürich MS. saec. ix.).

[1] *quod* V. R. S[1] Men.; S[2] as text. [2] The words within square brackets, printed by Tommasi and retained by Vezzosi, are marked by the collator as

absent from V. They are found in R. and S. [3] *quod* S[1] Men.; R. S[2] as text. [4] *collaudamus* S. [5] *villa* Men. [6] *eadem* V. R. S[1]; R. S[2] Men. as text. [7] *sollicita* R. S. Men. [8] Gerb. inserts *suis*. [9] *martiribus pro nomine* V. [10] *monemus* Gerb. [11] Gerb. places *sunt* after *collocandae*.

II.

IN NATALI SANCTI FELICIS[1] CONFESSORIS. 636

xviii Kal. Februarias.

Sancti Felicis, Domine, confessio recensita conferat nobis piae devotionis augmentum, qui in confessione tui nominis perseverans meruit honorari. Per.

R. S. Gerb. 19. Pam. 199. Da, quaesumus, omnipotens [Deus][2], ut qui beatus Felix[3] donis tuis extitit gloriosus, apud te nostris existat nominibus idoneus interventor. Per.

Secreta.

R. S. Gerb. 19. Men. 18. Hostias tibi, Domine, pro commemoratione sancti Felicis tui[4] confessoris offerimus, suppliciter deprecantes ut sicut illi praebuisti sacrae fidei largitatem sic nobis largiaris et pacem. Per Dominum.

Postcommun.

S. Gerb. 19. Leon. 305. Sanctorum precibus confidentes quaesumus, Domine, ut per ea quae sumpsimus aeterna remedia capiamus. Per.

[1] *Natale sancti Filicis* V.; *Natl. Sce Felicis in pensis* R. [2] V. omits *Deus*. [3] *ut beatus Felix qui* Pam.; *ut qui beatus Felix qui* R.; *ut quia beatus Felix* S[2] Gerb.; V. S[1] as text. [4] Men. omits *tui*.

III.

IN NATALI SANCTI MARCELLI CONFESSORIS[1].

xvii Kal. Februarias.

Exaudi, Domine, preces nostras, quas in sancti confessoris tui atque pontificis Marcelli solemnitate deferimus, ut qui[2] tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut beatus Marcellus tibi placito[3] fulgeat sorte pontificatus, et pietati tuae nos pia supplicatione commendet. Per.

S. [Gerb. 20.] •Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui beati Marcelli 637
confessoris[4] tui atque pontificis solemnia colimus, eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per.

Secreta.

Sancti Marcelli confessoris tui atque pontificis, quaesumus, Domine, annua solemnitas pietati tuae nos reddat acceptos: per haec piae oblationis officia et illum retributio comitetur et nobis gratiae tuae dona conciliet. Per Dominum.

Postcommun.

Deus, fidelium remunerator animarum, praesta ut beati Marcelli confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

[1] *Papae* in R. S. Gerb. Men. Pam. [2] So V.; possibly *et quia* is the true reading. [3] So V., perhaps for *placiti* or *placita*. [4] *martyris* S. Gerb.

IV.

In Natali Sanctorum Martyrum Sebastiani, Mariae, Martae, Audifax et Abacuc.

xiii Kal. Februarias[1].

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut sanctorum martyrum tuorum, quorum celebramus victorias, participemur et praemiis. Per Dominum.

Praesta, quaesumus, Domine, ut, intercedente beato Sebastiano martyre tuo, et a cunctis adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in corde[2]. Per. S. Gerb. 21.

Secreta.

Sancto Sebastiano interveniente[3], Domine, tibi servitus nostra[4] complaceat; et obsequia munerum fiant praesidia devotorum. Per. R. S. Gerb. 21. Cf. Leon. 307, 349.

Postcommun.

Caelesti munere satiati quaesumus, Domine Deus noster, ut haec nos dona, martyris tui Sebastiani deprecatione, sanctificent. Per. Cf. Leon. 348.

[1] R. places this Festival on xiv Kal. Feb.; S. Gerb. also have the festival of SS. Mary and Martha on xiv Kal. Feb., placing next the *Missa in Nat. S. Fabiani* (xiii Kal. Feb.), and then (on the same day), the *Missa in Nat. S. Sebastiani*, which in R. follows that for SS. Mary and Martha. Men. and Pam. make no mention of SS. Mary and Martha, but give separate *Missae* for the festivals of S. Fabian and S. Sebastian, both on xiii Kal. Feb. V. stands alone in the mention of SS. Audifax and Abacuc. [2] *mente* Ger b.; V.S as text. [3] V. has *Sanctum Sebastianum intervenientem* (ungrammatically); R. S. as text. [4] *noster* V. R.; S. as text.

V.

In Natali Sancti Fabiani[1]. 638

Item xiii Kal. Februarias.

S. Gerb. 21. Adsit nobis, Domine, quaesumus, sancta precatio beati pontificis et martyris tui Fabiani; quae nos et a terrenis affectibus incessanter expediat et caelestia desiderare[2] perficiat. Per Dominum.

Secreta.

S. Gerb. 21. (See l. *infra*.) Intercessio, quaesumus, Domine, [3] pontificis et martyris tui Fabiani munera nostra commendet; nosque eius veneratio tuae maiestati reddat acceptos. Per.

Postcommun.

Cf. Leon. 305. Sumpsimus, Domine, sancti Fabiani solemnitate caelestia sacramenta; cuius suffragiis, quaesumus, largiaris[4], ut quod temporaliter gerimus aeternis gaudiis consequamur. Per.

[1] S. and Gerb. add *martyris*. [2] *desideria* V.; S[1] Gerb. as text. [3] Gerb. inserts *sancti*. [4] *largitatis* V. (corrected by Tommasi).

VI.

In Natali sanctae Agnetis virginis de passione sua[1].

xii Kal. Februarias.

R. S. Gerb. 21. Pam. 202. Crescat, Domine, semper in nobis sanctae iocunditatis affectus; et beatae Agnae[2] virginis atque martyrae[3] tuae veneranda festivitas augeatur. Per.

S. Gerb. 21. Pam. 202. Praesta, quaesumus, Domine, mentibus nostris cum exultatione profectum[4]; ut beatae Agnes[5] martyris[6] tuae, cuius diem passionis annua devotione recolimus, etiam fidei constantiam subsequamur. Per. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 22. Hodiernum, Domine, sacrificium laetantes exequimur[7], quo beatae Agnes[8] caelestem victoriam recensentes, et tua magnalia praedicamus, et nos adquisisse gaudemus suffragia gloriosa. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 22. Pam. 202. Sumentes, Domine, gaudia sempiterna de participatione sacramenti festivitatis[9] sanctae martyris[6] Agnes[10], suppli-

citer deprecamur, ut quae sedula servitute, donante te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per. Men. 21. (See l. *infra.*)

[1] S. Gerb. have *Natl. Sanctae Agnae virginis*: R. has *Natl. Sce Agne.* [2] *ut beatae Agnetis* Pam.; V. R. S. Gerb. as text. [3] *martyris* S[2] Gerb. Pam.; V. R. S[1] as text. [4] *pervectu* V. [5] *Agnis* S[1]: *Agnetis* Pam.; V. as text. [6] *martyrae* S[1]. [7] *offerimus* S[2] Gerb.; *obsequimur* R.; erasure in S[1]; V. as text. [8] *Agnis* S[1]. [9] In l. (*infra*) *et festivitate.* [10] *Agnis* S. Gerb.; *Agnetis* R. Pam. Men.

VII.

639 ### ITEM IN NATALI EIUSDEM DE NATIVITATE[1].

v Kal. Februarias.

Adesto nobis, omnipotens Deus, beatae Agnes[2] festa repetentibus, quam hodiernae festivitatis prolatam[3] exortu ineffabili munere sublevasti. Per. S. Gerb. 25. Pam. 204. Men. 23.

Secreta.

Grata tibi sint, quaesumus, Domine, munera, quibus sanctae Agnetis magnifica solemnitas recensetur: sic enim ab exordio sui usque in finem beati certaminis extitit gloriosa, ut eius nec initium debeamus praeterire nec finem. Per. S. Gerb. 25. Pam. 204.

Postcommun.

Adiuvent nos, quaesumus, Domine, [et][4] haec mysteria sancta quae sumpsimus, et beatae Agnae intercessio veneranda. Per. S. Gerb. 25. Pam. 204.

[1] S. Gerb. Men. have *Natl. sanctae Agnae* (*Agnetis* Men.) *de nativitate*; Pam. *Natale sanctae Agnetis virginis secundo.* [2] *Agnae* Gerb.; *Agnetis* Men.; V. S. as text. [3] *proratam* V. (corr. by Tommasi). [4] V. omits *et*.

VIII.

ORAT. IN PURIFICATIONE SANCTAE MARIAE[1].

iv Nonas Februarias.

Deus, cui[2] in hodierna die Unigenitus tuus in nostra carne, quam assumpsit pro nobis, in templo est praesentatus, praesta ut quem redemptorem nostrum laeti suscipimus venientem quoque iudicem securi videamus. Per eundem Dominum nostrum. Pam. 206.

Secreta.

Accepta tibi sit, Domine, quaesumus, hodierna festivitatis oblatio; et[3] tua gratia largiente, [per[4]] haec sacrosancta R.S.(*alibi.*) Gerb. 3. Men. 6.

commercia in illa[5] inveniamur forma in qua[6] tecum est nostra substantia. Per. γ

Postcommun[7].

S. (*alibi.*) Gerb. 196. Pam. 415. See I. iii *supra.* Cf. Leon. 47[2]. Cf. Men. 186.

Concede nobis, Domine, quaesumus, ut sacramenta quae sumpsimus quidquid in nostra mente vițiosum est ipsius miserationis[8] dono curetur. Per Dominum nostrum. γ

[1] R. and S. give to this festival the title *Sancti Simonis* (R.) or *Sancti Simeonis* (S.). Gerb. (from T. ?) gives *Yppapanti*; Pam. *Hypanti*. [2] *qui* V.; Pam. reads *cuius* (omitting *tuus*). [3] *ut* R. S. Gerb. Men. [4] V. omits *per*, which is restored from R. S. [5] *illius* R. S. Gerb. Men.; V. as text. [6] *quo* R. S. Gerb. Men.; V. as text. [7] The Postcommunion is apparently either corrupt or ungrammatical: see note on I. iii *supra*. [8] *medicationis* R. S[1] Gerb. Pam.; *medicationes* V. in I. iii. *supra*; Leon. has *ipsius doni medicatione*; V. here as text.

IX.

In Natali sanctae Agathae. 640

Nonas Februarias[1].

R. S. Gerb. 26. Pam. 207. Men. 25.

Indulgentiam nobis, Domine, beata Agatha martyra tua[2] imploret, quae tibi grata extitit virtute martyrii et merito castitatis[3]. Per Dominum. γ

Secreta.

R. S. Gerb. 26. Leon. 457.

Fiant, Domine, tuo[4] grata conspectui munera supplicantis ecclesiae; et ut nostrae saluti[5] proficiant, adsit intercessio beatae tuae martyrae[6] Agathae. Per.

Postcommun.

R. S. Gerb. 26. Pam. (Amb.) 323. Leon. 456.

Exultamus[7] pariter et de percepto pane iustitiae, et de tuae, Domine, festivitate martyrae Agathae: quia[8] interventionibus tibi placentium confidimus nobis ad perpetuam vitam profutura quae sumpsimus[9]. Per.

[1] *Nonas Februar.* so V. [2] *beatae Agathae martyrae tuae* V.; R. S. Gerb. Pam. Men. omit *tua*; R. S. have *Agathe*; S. Gerb. Pam. Men. have *martyr*. [3] S[2] Gerb. Pam. Men. have a different ending; V. R. S[1] as text. [4] *tua* V. [5] *salutis* V. [6] *martyris* S[2] Gerb. [7] *exultemus* R. Pam. (Amb.). [8] *qualiter* V.; R. S. Gerb. Leon. Pam. (Amb.) as text. [9] V. adds *preficiant*.

X.

In Natali sanctae Soteris[1].

iv Id. Februarias.

S. Gerb. 28.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut sanctae Soteris, cuius humanitatis celebramus exordia, martyris beneficia sentiamus. Per.

Secreta.

Preces nostras, quaesumus, Domine, propitiatus admitte, S.
et dicatum tibi sacrificium beata Soteris[2] commendet. Per. Gerb. 28.

Postcommun.

Sanctae Soteris precibus confidentes quaesumus, Domine, S.
ut per ea quae sumpsimus aeterna remedia capiamus. Per. Gerb. 28.

[1] S. and Gerb. have the form *Sotheris* throughout. [2] *beatae Soteris* V.; *beata Sotheris martyr* S. Gerb.

XI.

Orat. in Natali Valentini, Vitalis, et Feliculae[1].

xvi Kal. Martias.

Tuorum nos, Domine, quaesumus, precibus tuere sanc- S.
641 torum: ut festa * martyrum tuorum Valentini, Vitalis, et Gerb. 29.
Feliculae[1] sine cessatione venerantes, et fideli muniamur auxilio, et magnifico proficiamus exemplo. Per.

Secreta.

Ad martyrum tuorum Valentini, Vitalis, et Feliculae[1], S.
Domine, festa venientes, cum muneribus nomini tuo dicatis Gerb. 29. Leon. 306.
occurrimus[2]: ut illis reverentiam deferentes[3] nobis veniam impetremus[4]. Per Dominum.

Postcommun.

Protege, Domine, plebem tuam, et festivitate[5] martyrum S.
tuorum Valentini, Vitalis, et Feliculae[1], quam nobis tradis[6], Gerb. 29. Cf. Leon.
assidue debita tibi persolvi[7] precibus concede sanctorum[8]. 462.
Per Dominum. Cf. xxviii *infra.*

[1] V. has the form *Feliculae* in the Collect, *Filiculae* in the heading and in the other prayers of the *Missa*. S. and Gerb. have throughout *Valentini, Vitalis, Feliculae* [*Feliculi* S^1], *et Zenonis*. In the Postcommun. the *Feliculi* of S^1 has been left uncorrected. [2] *offerimus* S^1; S^2 has altered *cum muneribus ... dicatis* to *munera ... dicata*; so also in Gerb.; V. Leon. as text. [3] *impendentes* S^2 Gerb.; V. S^1 Leon. as text. [4] *consequamur* Leon. [5] *festivitatem* V.; *in festivitate* S^2 Gerb.; S^1 as text. [6] *qua nobis tribuis* S^2 Gerb.; V. (and app. S^1) as text. [7] *persolvere* S^2 Gerb.; V. S^1 as text. [8] S^2 Gerb. omit *sanctorum*, and read *concedas eorum nostrarum absolutionem culparum*; V. as text. There is an erasure in S^1. Perhaps the original form of the prayer may be traced in the Leonine Sacramentary or in the Postcommunion for the Festival of SS. John and Paul in V. (see xxviii *infra*). The reading of V., even when corrected, is rather obscure; while the attempt shown in S. to produce a better sense is not altogether satisfactory.

XII.

In Natali sanctae Iulianae.

xiii Kal. Martias.

S. Gerb. 29. Leon. 456. See lxiv *infra*.

Omnipotens sempiterne Deus, qui eligis infirma mundi[1] ut fortia quaeque confundas; da nobis in festivitate sanctae martyrae[2] tuae Iulianae congrua devotione gaudere; ut et potentiam tuam in eius passione laudemus, et provisum nobis percipiamus auxilium. Per. γ

Secreta.

S. Gerb. 29. Leon. 463.

In sanctae martyrae[2] tuae Iulianae passione pretiosa te, Domine, mirabilem praedicantes, munera votiva deferimus: praesta, quaesumus, ut sicut eius tibi grata sunt merita, sic nostrae servitutis accepta reddantur officia. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 29. Leon. 462. xxiii *infra*. See lxiii *infra*.

Libantes, Domine, mensae tuae beata mysteria, quaesumus ut sanctae Iulianae martyrae[2] tuae interventionibus temporalem[3] et praesentem nobis misericordiam conferant et aeternam. Per.

[1] *Infirma mundi eligis* S^2 Gerb. [2] *martyris* S^2 Gerb. [3] *temporalem* seems superfluous, and is omitted in lxiii *infra*. It appears in the Leonine Sacramentary as well as in V. (though apparently only as an alternative reading), and was perhaps also the reading of S^1, where S^2 has *gloriosis* over an erasure; Gerb. agrees with S^2.

XIII.

In Natali sanctae[1] Perpetuae et Felicitatis. 642

Non. Martias[2].

S. Gerb. 30. Leon. 462.

Da nobis, Domine Deus noster, sanctorum martyrum palmas incessabili veneratione[3] venerari: ut quos digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis[4]. Per.

Secreta.

S. Gerb. 30. Leon. 461.

Intende, Domine, munera, quaesumus, altaribus tuis pro sanctarum tuarum Felicitatis[5], Perpetuae, commemoratione proposita: ut sicut per haec beata mysteria illis gloriam contulisti, nobis indulgentiam largiaris. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 30. Leon. 462.

Praesta nobis, Domine, quaesumus, intercedentibus sanctis[5], ut quae ore contingimus pura mente capiamus. Per. γ

[1] *sanctorum* S[1]; *sanctarum* S[2] Gerb. [2] *Non. Martias*, so V. (ungrammatically). [3] *devotione* Leon.; V. S. Gerb. as text. [4] *humilibus saltem frequentibus obsequiis veneremus* V.; S. Gerb. Leon. as text. [5] S[2] and Gerb. insert *et*. The Leonine form contains only the name of S. Felicitas. [6] Leon. inserts *tuis*.

XIV.

In Annuntiatione sanctae Mariae matris Domini nostri Iesu Christi [1].

viii Kal. Apriles.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui per beatae Mariae sacri uteri [2] divinae gratiae obumbrationem universum mundum illuminare dignatus es; maiestatem tuam supplices exoramus [3], ut quod nostris meritis non valemus obtinere, eius adipisci praesidiis mereamur. Per. S. Gerb. *31. Cf. Men. 31. Cf. Sacr. Gall. 809.

[4] Te quaesumus, Domine, famulantes, prece humili auxilium implorantes, ut [5] beatae semper virginis Mariae nos gaudia comitentur solemniis; cuius praeconia ac meritis nostra deleantur chirographa peccatorum: atque rubiginem scelerum moliviciorum igne compunctionis tui amore mundemur incursu. Per. Cf. Sacr. Gall. 809.

643 **Secreta.**

Oblationes nostras, quaesumus, Domine, propitiatus intende, quas in honore beatae et gloriosae semper virginis Dei genitricis Mariae annua solemnitate deferimus: et coaeternus Spiritus Sanctus tuus, qui illius viscera splendore suae gratiae veritatis [6] replevit, nos ab omni facinore delictorum emundet benignus. Per. S. Gerb. 31.

Postcommun.

Quos caelesti, Domine, alimento satiasti, intercedente beata et gloriosa semperque virgine Dei genitrice Maria, ab omni nos, quaesumus, adversitate custodi. Per Dominum. γ See Mur. ii. 102, 103.

Orationes ad vesperum.

Beatae et gloriosae semperque virginis Dei genitricis Mariae nos, Domine, quaesumus, merita prosequantur [7], et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per Dominum. S. Gerb. 32. Men. 32.

Beatae et gloriosae semperque [8] virginis Dei genitricis Mariae, quaesumus, omnipotens Deus, intercessio nos S. Gerb. 32.

gloriosa[9] protegat, et ad vitam perducat aeternam. Per Dominum.

S. Gerb. 32. Men. 32. Cf. Mur. 262. Porrige nobis, Deus, dexteram tuam; et per intercessionem beatae et gloriosae semperque virginis Dei genitricis Mariae auxilium nobis supernae virtutis impende. Per. γ

[1] The title of this festival in R. S. and Gerb. is *Annuntiatio S. Mariae*; in Men. it is *Annuntiatio Angeli ad B. Mariam*. The 'Gelasian' *Missa* of Gerbert's triple sacramentary appears to have been taken from S.; the prayers of R. are different from those of either S. or V. These two MSS. agree, in part, as to the prayers included, and both show a close relation with the corresponding portion of Mabillon's *Sacramentarium Gallicanum*. The *Collectio* of the *Sacr. Gall.* is closely parallel to the first and part of the second of the Collects in V. In S. the first place is given to a collect not included in V., while the second collect of V. is omitted in S. But on the other hand the Preface contained in S. (which has been very largely altered by the corrector) seems to have been written by the original scribe in a form resembling very closely the *Contestatio* of the Gallican Sacramentary. [2] S² and Gerb. insert *foetum et*; V. S¹ Men. as text. [3] S² and Gerb. read *exorantes*: Men. alters the phrase to *praesta ut*: V. and app. S¹ as text. [4] This Secret appears in part in the *Sacramentarium Gallicanum*: it is omitted by S., possibly on account of the obscurity or corruption of its wording. The form in which it appears in V. is evidently corrupt: the latter portion is characterized by Tommasi as 'locus valde mendosus, et nonnisi ex aliis codicibus emendandus,' and it has at least one instance of the interchange of cases, of which the Gallican books show proportionately more examples than V. R. or S. Possibly the doubtful clauses may be corrected as follows:—'cuius praeconio ac meritis nostra deleantur chirographa peccatorum; atque rubigine scelerum, mole vitiorum, igne compunctionis tui amoris mundemur incursu.' [5] *et* V.; Sacr. Gall. as text. [6] S² Gerb. omit *veritatis*. [7] *consequantur* Men. [8] *semper* S. Gerb. [9] *gloriosa nos* S² Gerb.; V. S¹ as text.

XV.

In Natali[1] sanctae Euphemiae[2].

Id. Aprilis[3].

S. Gerb. 105. Concede nobis, omnipotens Deus[4], sanctae martyris Euphemiae et exultare meritis et beneficia referre suffragiis. Per Dominum nostrum.

S. Gerb. 105. Annue, quaesumus, Domine, ut sanctae martyris Euphemiae tibi placitis deprecationibus adiuvemur. [Per.]

Foveat nos, Domine, sanctae martyris Euphemiae iocunda solemnitas, et pietati tuae commendare non desinat. Per.

Secreta. 644

S. Gerb. 105. Muneribus, Domine, te magnificamus oblatis, quibus[5] in sanctae nobis solemnitatibus Euphemiae et gaudia superna concilies[6] et patrocinia sempiterna largiaris[7]. Per.

Item alia.

Benedictio tua, Domine, larga descendat, quae munera nostra, deprecante beata Euphemia, tibi reddat accepta, et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Per. γ Cf. Mur. ii. 127.

Postcommun.

Sanctae nos martyris Euphemiae precatio tibi, Domine, grata comitetur, et tuam nobis indulgentiam poscere non desistat. Per. S. Gerb. 105.

[1] *Nativitate* (?) V. [2] *Eufimiae* V. S^1; *Eufemiae* S^2 Gerb. (throughout). [3] *Aprilis*, so V., perhaps for *Apriles*. [4] *Concede quaesumus omnipotens Deus* S. Gerb. [5] *quibus* S^2; some letters have been erased in S^1. [6] *conciliias* V.; S^2 Gerb. as text; an erasure in S^1 (perhaps *conciliabis*). [7] *largiaris* V. S^2. Gerb.; S^1 perhaps *largieris*.

XVI.

IN NATALI PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLORUM[1].

Kalend. Madias[2].

Deus, qui es omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis, quique[3] hunc diem beatorum apostolorum Philippi et Iacobi martyrio coronasti, da ecclesiae tuae de natalitia[4] tantae festivitatis laetari: ut apud misericordiam tuam et exemplis eorum[5] et meritis adiuvemur. Per. γ R. S. Gerb. 110. Pam. 288.

[Quaesumus[6]], omnipotens Deus, ut sancti nos Iacobi laetificet ac Philippi festiva solemnitas: et quorum suffragiis nitimur natalitiis gloriemur. Per.

Secreta.

Respice, Domine, munera quae in sanctorum apostolorum tuorum Philippi et Iacobi commemoratione deferimus; ut quorum honore sunt grata eorum nobis fiant intercessione perpetua. Per. Leon. 298.

Praefatio.

VD. Quia tui est[7] operis tuaeque virtutis ut beatorum apostolorum Iacobi et Philippi gloriosa confessio usque in finem saeculi nobis capiat[8] regni caelestis augmentum. Per Christum. R. S. Gerb. 110. Pam. (Amb.) 370.

645 **Postcommun.**

Beatorum apostolorum, Domine, quaesumus, intercessione nos adiuva, pro quorum solemnitate percepimus[9] tua sancta[10] laetantes. Per. Leon. 338. Pam. 288.

[1] *apostolis* V. [2] *Kalend. Madias* so V. (ungrammatically). [3] *quibusque* R. S[1]. [4] *natalitio* Pam.; V. R. S. Gerb. as text. [5] S[1] omits *et exemplis eorum*; S[2] Gerb. insert *eorum* but omit *et exemplis*; Pam omits *et*. [6] Some word such as this seems required for the sense. [7] *Quia tibi et* V. (corrected by Tommasi from Pam. (Amb.) with which R. S. and Gerb. agree). [8] *tribuat* S[2] Gerb.; V. R. S[1] Pam. (Amb.) as text. [9] *percipimus* V.; Leon. Pam. as text. [10] *dona* Pam.; V. Leon. as text.

XVII.

In Natali sancti Iuvenalis.

v Nonas Madias.

S. Gerb. 111. Beati nobis[1], quaesumus, Domine, Iuvenalis et confessio semper prosit et meritum. Per.

S. Gerb. 111. Annue, quaesumus, Domine, ut merita tibi placita sancti confessoris et episcopi tui[2] Iuvenalis pro gregibus quos sincero ministerio[3] gubernavit pietatem tuam semper exorent[4]. Per.

Secreta.

S. Gerb. 111. Hostias nostras, quaesumus, Domine, sanctus pontifex Iuvenalis nomini tuo reddat acceptas, qui eas tibi digne complacuit offerendas[5]. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 111. Laeti, Domine, sumpsimus sacramenta caelestia, quae nobis intercedente beato Iuvenale confessore tuo atque pontifice uberius confidimus profutura. Per.

[1] *nos* V.; S. Gerb. as text. [2] *confessoris tui et episcopi* S. Gerb. [3] *sincero misterio* V.; *sincero tibi ministerio* S. Gerb. [4] *exoret* V. S[1]; S[2] Gerb. as text. [5] So V. S. Gerb. (for *eis . . . offerendis*).

XVIII.

De Inventione sanctae Crucis.

Item v Nonas Madias.

R. S. Gerb. 112. Pam. 289. Men. 86. Leofr. 141. Deus, qui in praeclara salutiferae Crucis inventione passionis tuae miracula suscitasti, concede ut vitalis ligni pretio aeternae vitae suffragia consequamur. Per[1].

R. S. Gerb. 112. Pam. 289. Men. 87. Leofr. 142. Deus[2], cui cunctae obediunt creaturae et[3] omnia in[4] Verbo tuo fecisti in sapientia[5], supplices quaesumus ineffabilem clementiam tuam, ut quos per lignum sanctae Crucis Filii tui pio cruore es dignatus redimere, tu qui es[6] lignum vitae, Paradisi[que] reparator[7], omnibus in te credentibus[8]

dira serpentis venena extingue[9], et per gratiam Spiritus sancti poculum salutis semper infunde[10]. Per.

646 **Secreta.**

Sacrificium, Domine, quod immolamus placatus intende, R. S.
ut ab omni nos exuat bellorum nequitia, et per vexillum Gerb. 112. Pam. 289.
sanctae Crucis Filii tui ad conterendas potestatis adversa- Men. 86.
riorum[11] insidias nos in tuae protectionis securitate con- Leofr. 141.
stituat. Per.

Postcommun.

Repleti alimonia caelesti et spiritali poculo recreati R. S.
quaesumus, omnipotens Deus, ut ab hoste maligno defendas Gerb. 112. Pam. 289.
quos per lignum sanctae Crucis Filii tui, arma[12] iustitiae Men. 87.
pro salute mundi, triumphare iussisti. Per. Leofr. 142.

[1] *Qui cum*, &c. S[2] Gerb.; *Qui vivis* Pam. Men. Leofr.[2]; V. R. S[1] Leofr.[1] as text. [2] This Collect occupies the same place in R. and S. as in V., but is marked in the margin of S. for use as a Postcommunion, and is placed accordingly in Gerb.; it is a Postcommunion also in Men. Pam. Leofr. [3] Men. omits *cui cunctae—et*; Pam. encloses the same words in brackets: both insert *qui* before *omnia*; V. R. S. Gerb. Leofr. as text (spelling excepted). [4] Pam. Men. Leofr. omit *in*. [5] *in Verbi tui fecisti sapientia* S[2] Gerb.; Men. omits, and Pam. brackets, *in sapientia*; V. R. S[1] as text. [6] *per eum qui est* S[2] Gerb. [7] Men. omits, and Pam. brackets, *tu qui . . . reparator* (Pam. has *quo reparetur vita*); V. omits *que*, which is restored from R. S. Leofr. [8] *intercedentibus* V.; S[2] Gerb. omit *omnibus . . . credentibus* and insert *ab eis*; R. S[1] as text. [9] *extinguas* Men. Leofr.; *excludas* S[2] Gerb.; V. R. S[1] Pam. as text (ungrammatically). [10] *infundas* S[2] Gerb. Men. Leofr.; V. R. S[1] Pam. as text (ungrammatically). [11] *adversae* R. Pam. Men.; *potestates adversariorum vel* S[2] Gerb.; V. S[1] Leofr. as text. [12] S[2] Gerb. have (for *arma . . . iussisti*) *etiam contra spiritales nequitias armare non cessas*; V. R. S[1] Pam. Men. Leofr.[1] as text; Leofr.[2] has *armis*.

XIX.

IN NATALI SANCTORUM NEREI ET ACHILLEI FRATRUM ET SANCTI PANCRATI[1].

iv Id. Madias.

Semper nos, Domine, martyrum tuorum Nerei et Achillei[2] S.
foveat, quaesumus, beata solemnitas, et tuo dignos reddat Gerb. 115. Pam. 292.
obsequio. Per.

Secreta.

Sanctorum tuorum, Domine, Nerei et Achillei[2] tibi grata S.
confessio et munera nostra commendet, et tuam nobis Gerb. 115. Pam. 292.
indulgentiam semper imploret. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 115. Pam. 292. Quaesumus, Domine, ut beatorum martyrum tuorum Nerei et Achillei[3] deprecationibus sacramenta sancta quae sumpsimus ad tuae nobis proficiant placationis augmentum. Per.

[1] *Nerei, Achillei, et Pancratii* S. Gerb.; *Nerei et Achillei et Pancratii* Pam. [2] *Nerei Achillei et* (*atque* Pam.) *Pancratii* S. Gerb. Pam. [3] *Nerei Achillei vel* (*atque* Pam.) *Pancratii* S. Gerb. Pam.

XX.

In Natali sanctorum Petri et Marcellini[1].

iv Non. Iunias.

S. Gerb. 132. Laetetur ecclesia tua, Deus, martyrum tuorum Petri et Marcellini[2] confisa suffragiis, atque eorum precibus gloriosis et devota permaneat[3] et secura consistat. Per.

Secreta. 647

S. Gerb. 132. Pam. 306. Men. 104. Votiva, Domine, munera deferentes in tuorum Petri et Marcellini[4] martyrum[5] passione, et[6] tuam magnificentiam veneramur, et per eam nobis imploramus tuae pietatis auxilium. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 132. Quaesumus, Domine, ut salutaribus repleti mysteriis[7], quorum solemnia celebramus orationibus adiuvemur. Per Dominum. γ

S. Gerb. 132. Pam. 307. Men. 104. Intercedentibus sanctis tuis, Domine[8], plebi tuae praesta subsidium: ut ab omnibus noxiis expedita, cuncta sibi profutura percipiat. Per.

[1] *Marcellini et Petri* S. Gerb. Pam. Men. [2] *Marcellini et Petri* S. Gerb. [3] *maneat* S^1. [4] *Marcellini et Petri* S^2 Gerb.; V. S^1 Pam. as text. [5] V. inserts *et*. [6] S^1 Gerb. Men. Pam. omit *et*. [7] *Q. Dne. salutaribus repleti mysteriis ut* S^2 Gerb.; V. S^1 as text. [8] Men. inserts *Marcillino et Petro*.

XXI.

Item in [Natali[1]] sanctorum[2] Cyrini Naboris et Nazari[3].

Pridie Id. Iunias.

S. Gerb. 133. Pam. 307. Men. 105. Leofr. 144. Sanctorum[2] Cyrini, Naboris, et Nazari quaesumus, Domine, natalitia nobis vota[4] resplendeant: et quod illis contulit excellentiam sempiternam[5] fructibus nostrae devotionis crescat[6]. Per Dominum.

Secreta.

Pro sanctorum [2] Cyrini, Naboris, et Nazari sanguine venerando hostias tibi, Domine, solemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem [7] talis est perfecta victoria. Per. S. Gerb. 133. Pam. 308. Men. 105. Leofr. 144.

Postcommun.

Semper [8], Domine, sanctorum martyrum [2] Cyrini, Naboris, et Nazari solemnia celebremus [9], et [10] eorum patrocinia iugiter sentiamus. Per. S. Gerb. 133 Pam. 308. Men. 105. Leofr. 144.

[1] V. omits *natali*. [2] S. Gerb. Pam. Men. Leofr. insert *Basilidis*. [3] V. S[1] both have the form *Nazari* throughout. [4] *votiva* S[2] Gerb. Men. Pam. Leofr.; V. S[1] as text. [5] *excellentia sempiterna* Men. Pam. Leofr.; V. S. Gerb. as text. [6] all but V. have *adcrescat*. [7] *quam* V. (S[1]?) Men.; *quae* Leofr.; S[2] Gerb. Pam. as text. [8] *Laeti* (for *Semper*) S[2] Gerb. [9] *celebramus* V. [10] *ut* Men. Leofr.

XXII.

In Natali sancti Viti.

xvii Kal. Iulias.

Da ecclesiae tuae, Domine, quaesumus, sancto Vito intercedente, superbe non sapere [1], sed tibi placita humilitate proficere: ut proterva despiciens quaecumque matura sunt libera exerceat caritate. Per. Cf. Leon. 353. Cf. III. xxvii *infra*. S. Gerb. 136. Pam. (Amb.) 388.

648 **Secreta.**

Sicut gloriam [2] divinae potentiae munera pro sanctis oblata testantur sic nobis effectum, Domine, tuae salvationis impendant. Per. S. Gerb. 136. Pam. (Amb.) 388.

Postcommun.

Refecti, Domine, benedictione solemni, quaesumus ut per intercessionem sancti Viti medicina sacramenti [3] et corporibus nostris prosit et mentibus. Per. S. Gerb. 136. Pam. (Amb.) 388.

[1] *saperet* V. [2] *gloriae* V (S[1]?); S[2] Gerb. Pam. (Amb.) as text. The Ambrosian form of the *Secreta* (both in Gerb. and Pam.) differs from the Gelasian, reading *Maiestatem tuam suppliciter imploramus O. D. ut sicut*, and adding *Domine* at a later point. [3] S[2] Gerb. insert *caelestis*.

XXIII.

In Natali Sanctorum Marci et Marcelliani.

xiv Kal. Iulias.

Sanctorum tuorum nos, Domine, Marci et Marcelliani natalitia tueantur, quia tanto fiducialius tuo nomini suppli- S. Gerb. 137. Pam. 309.

camus, quanto frequentius martyrum benedictionibus confovemur. Per.

Secreta.

S. Gerb. 137. Pam. 309. Leon. 304.

Suscipe, Domine, munera tuorum populorum votiva; et sanctorum Marci et Marcelliani tibi precibus grata esse concede, pro quorum solemnitatibus offeruntur[1]. Per.

Postcommun.

Cf. xii *supr.* Pam. 309. Cf. Leon. 462.

Libantes, Domine, mensae tuae beata mysteria, quaesumus ut beatorum interventione sanctorum Marci et Marcelliani et temporalem[2] nobis misericordiam conferant et aeternam. Per.

[1] Pam. omits the clause *pro quorum . . . offeruntur*. [2] *corporalem* Pam.

XXIV.

In vigil. sanctorum martyrum Gerbasi et Protasi[1].

Item xiv Kal. Iulias.

S. Gerb. 137. Pam. 310.

Martyrum tuorum, Domine, Gerbasi et Protasi natalitia praeeuntes[2] supplices te rogamus, ut quos caelesti gloria sublimasti tuis adesse concedas[3] fidelibus. Per.

Pam. (Amb.) 390.

Pam. 310.

Sanctorum Gerbasi et Protasi suffragiis imploramus[4] ut a cunctis, Domine, liberemur offensis. Per.

Secreta. 649

S. Gerb. 137. Pam. (Amb.) 390.

Sacrificium, Domine, quod pro sanctis martyribus Gerbasio et Protasio[5] praevenit nostra devotio, eorum merito[6] nobis augeat, te donante, suffragium. Per.

Postcommun.

S. Gerb. 137. Leon. 437.

Sumpti sacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non relinquat et noxia semper a nobis cuncta depellat. Per. γ

Item in Natali ut supra.

xiii Kal. Iulias[7].

S. Gerb. 137. Pam. 309. Pam. (Amb. 390). Men. 108.

Sanctorum martyrum[8] nos, Domine, Gerbasi et Protasi confessio beata communiat, et fragilitatis[9] nostrae subsidium dignanter exoret. Per.

Secreta.

Concede nobis, omnipotens[10] Deus, ut his muneribus, quae pro sanctorum martyrum Gerbasi et Protasi honore deferimus, et te placemus exhibitis, et nos vivificemur acceptis. Per. S. Gerb. 137. Pam. 310. Men. 108.

Postcommun[11].

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut mysteriorum virtute sanctorum Gerbasi et Protasi vita nostra firmetur. Per. γ S. Gerb. 138. Pam. 310. Pam. (Amb.) 390. Men. 108. Leon. 440.

[1] In the Ambrosian form given by Pam. the name of S. Protasius precedes that of S. Gervasius throughout. S. Gerb. use the form *Gervasius*, S[1] like V. generally making the genitives *Gervasi*, *Protasi*. [2] Pam. (making this the *orat. sup. pop.* of the Festival) has *celebrantes* for *praeeuntes*; Pam. (Amb.) as text. [3] *adesse concede* V. S[1]; *concedas adesse* S[2] Gerb.; Pam. (both forms) as text. [4] *imploremus* V. [5] *Gerbasi et Protasi* V.; similarly S[1]; Pam. (Amb.) inserts *tuis* after *martyribus*. [6] *merita* (perh. for *meritis*) V. S[1]; S[2] Gerb. Pam. (Amb.) as text. [7] *iii Kal. Iulias* V. [8] Gerb. Pam. (Amb.) insert *tuorum*. [9] *fragilitati* Pam. (both forms) Men.; V. S. Gerb. as text. [10] *misericors* (for *omnipotens*) Pam. [11] This Postcommunion is given as it stands in V., but something is evidently wanting to complete the sense, and the other authorities are at variance. S[1] had ... *mysteriorum virtute satiati sanctorum quoque Gervasii et Protasii vita nostra firmetur*: this is corrected by S[2] so as to read ... *mysteriorum tuorum virtute satiati sanctorum Gervasii et Protasii intercessione firmemur*. Gerbert's text agrees with the corrections of S[2], except as to the last word, for which it retains the ungrammatical ending *vita nostra firmetur* (see Mur. ii. 177). Pam. reads ... *sanctorum, et beatorum martyrum Gervasii et Protasii orationibus vita nostra firmetur*. Pam. (Ambros.) has ... *sanctorum, Protasio et Gervasio martyribus intercedentibus vita nostra firmetur*. Men. has ... *sanctorum et intercessione beatorum Gervasii et Protasii martyrum tuorum, vita nostra fulciatur*. It seems most likely that the confusion has resulted from the careless insertion of the names of SS. Gervasius and Protasius in the form found in the Leonine Sacramentary, which only differs from that in V. in respect of the words *Gerbasi et Protasi*.

XXV.

IN VIGILIA[1] SANCTI IOANNIS BAPTISTAE.

ix Kal. Iulias[2].

Praesta, quaesumus, Domine, ut populus tuus ad plenae devotionis effectum[3] beati Baptistae Ioannis natalitiis praeparetur[4], quem praemisisti Filio tuo parare plebem perfectam, Iesu Christo[5]. R. S. Gerb. 139. Pam. 311. Men. 109. Sacr. Gall. 878.

Beati Ioannis Baptistae nos, Domine, praeclara comitetur oratio, et quem venturum esse praedixit poscat nobis favere[6] placatum. Per[7]. γ Pam. (Amb.) 392. Men. 108. S.[2] Gerb. 140. Pam. 311. Leon. 325.

650

Secreta.

Munera populi tui, Domine placatus intende, et beati Baptistae Ioannis, cuius nos tribuis praeire solemnia, fac gaudere suffragiis. Per. R. S. Gerb. 139.

Postcommun.

S. Gerb. 141. Da, quaesumus, misericors Deus, ut mysticis ecclesia tua[8] beati Ioannis Baptistae exordiis et sacris erudita praeconiis ad iram venturi iudicii declinandam, dignos salutis fructus iugiter operetur. Per.

R. S. Gerb. 140. Men. 109. Beati nos, Domine, Baptistae Ioannis oratio et intelligere Christi tui mysterium postulet et mereri. Per.

[1] *Ieiunio* R. S. [2] *viii Kal. Iulii* V. [3] *affectum* R. S. Gerb. [4] *imbuatur* Sacr. Gall. [5] *Iesum Christum* V.; *Iesu Christo Domino nostro*, &c. R. S. Gerb. Pam. [6] *facere* V.; *fieri* Pam.; *habere* (*pacatum*) Pam. (Amb.); S[2] Gerb. Men. Leon. as text. [7] Gerb. Pam. (both forms) omit *per*, Pam. (Amb.) has *Qui vivit*, the others *Dominum nostrum*, etc.; V. S[2] Leon. as text. [8] *ecclesiae tuae* V. S.; Gerb. as text.

XXVI.

Item in Natali unde supra.

R. S. Gerb. 140. Pam. 312. Pam. (Amb.) 393. Men. 109. Deus, qui praesentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis nativitate[1] fecisti, da populis tuis spiritalium gratiam gaudiorum, et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis et pacis[2]. Per Dominum. γ

Miss. Goth. 621. Leon. 326.

R. S. Gerb. 141. Leon. 326. Omnipotens sempiterne Deus, qui instituta legalia et sanctorum praeconia prophetarum in diebus beati Baptistae[3] Ioannis implesti, praesta, quaesumus[4], ut cessantibus significationum figuris ipsa sui manifestatione[5] veritas eloquatur[6], Iesus Christus Dominus noster. Qui tecum.

Secreta.

R. S. Gerb. 141 (140). Pam. 312. Pam. (Amb.) 392. Men. 109. Sacr. Gall. 878. Leon. 324. Tua, Domine, muneribus altaria[7] cumulamus, sancti Ioannis[8] nativitatem[9] honore debito celebrantes, qui Salvatorem mundi et cecinit adfuturum et adesse monstravit[10], Iesum Christum. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 141. Pam. 312. Men. 110. Sumat ecclesia tua, Deus, beati Ioannis Baptistae generatione[11] laetitiam, per quem suae regenerationis cognovit auctorem. Per[12]. γ

Sancti Ioannis natalitia celebrantes, supplices te, Domine, deprecamur, ut hoc idem nobis semper et indulgentiae causa sit et salutis. Per.

Ista in vigilia sancti Ioannis[13].

Beati Ioannis Baptistae nos, quaesumus, Domine, praeclara comitetur oratio, et quem venturum esse praedixit, poscat nobis ab eo sempiternum remedium. Per. R. S.[1]

[1] *nativitatem* V.; R. S. Leon. as text. [2] *salutis aeternae* R. S. Gerb. Pam. (Gr.), Men.; V. Leon. Pam. (Amb.) Miss. Goth. as text. [3] *beati famuli tui Ioannis* Leon. [4] Leon. omits *quaesumus*. [5] *manifestationem* S[2] Gerb. [6] *eloquatur. Per.* Leon. [7] *salutaria* (for *altaria*) Sacr. Gall. [8] *illius* (for *sancti Ioannis*) Leon. Pam. (both forms), Gerb. 140; *illius nobis per haec opem adesse poscentes et* Men.; *beati Ioannis Baptistae* Sacr. Gall.; V. R. S. Gerb. 141 as text. [9] *nativitate* V. R. S[1]; Leon. as text. [10] After *monstravit* Leon. has *Per*; Pam. (Gr.) Men. have *Dominum*; Pam. (Amb.) *Qui tecum*; Gerb. 140 *Dominum vel Qui tecum*; Sacr. Gall. ends with *cecinit ad salutem* (sic); V. S. as text. [11] *generationis* V.; R. S. as text. [12] *Dominum.* (for *Per.*) Pam. Men.; *per eundem* S[2] Gerb.; V. S[1] as text. [13] This Postcommunion is evidently misplaced in V. It appears in R. S[1] as the Postcommunion for the Vigil, and has been altered by S[2] into the form given above as the second Collect for the Vigil.

XXVII.

651 IN VIGILIA MARTYRUM IOANNIS ET PAULI.

vii Kal. Iulias.

Beatorum martyrum Ioannis et Pauli natalitia veneranda, quaesumus, Domine, ecclesia tua devota suscipiat, et fiat magnae glorificationis amore devotior. Per. R. S. Gerb. 142. Cf. Leon. 460.

Beatorum martyrum tuorum Ioannis et Pauli nos Domine merita prosequantur, et tuam nobis indulgentiam semper implorent. Per. Pam. 313.

Secreta.

Sint tibi, quaesumus, Domine, nostri munera grata ieiunii, quia[1] tunc eadem in sanctorum tuorum Ioannis et Pauli digna[2], commemoratione deferimus, si [et[3]] actus eorum pariter subsequamur. Per Dominum. R. S. Gerb. 142. Leon. 346.

Postcommun.

Protege, Domine, plebem tuam, et quam martyrum tuorum Ioannis et Pauli adsidua tribuis festivitate[4] devotam, tibi semper placitam fieri precibus concede iustorum. Per. R. S. Gerb. 142. Leon. 462.

[1] *qualiter* V.; R. S. Gerb. Leon. as text. [2] *digne* S. Gerb.; V. R. Leon. as text. [3] V. om. *et*. [4] *festivitatem* V.; R. S. Leon. as text.

XXVIII.

ITEM IN NATALI EORUMDEM[1].

vi Kal. Iulias.

R. S. Quaesumus, omnipotens Deus, ut nos geminata laetitia
Gerb. 142. Men. 110. hodiernae festivitatis excipiat, quae [de[2]] beatorum Ioannis
Pam. 313. et Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides et passio[3]
Leon. 328. fecit esse germanos. Per. γ

Secreta.

R. S. Hostias altaribus tuis, Domine, placationis imponimus[4],
Gerb. 142. Leon. 329. potentiam tuam in sanctorum tuorum passionibus hono-
Men. 110. rando, et per eos nobis implorando veniam peccatorum. Per Dominum.

Postcommun. 652

R. S. Sumpta munera, Domine, nostra sanctificatione tuorum
Gerb. 143. precibus concede sanctorum. Per[5].

Pam. 313. Caelesti munere satiati quaesumus, Domine, ut haec [nos][6]
Leon. 348. dona martyrum tuorum Ioannis et Pauli deprecatione sanctificent. Per Dominum.

[1] *eiusdem* V. [2] V. om. *de.* [3] Pam. Men. insert *vere.* [4] *placationum imponemus* V.; R. S. Leon. as text. [5] V. R. S[1] give this Postcommunion in the same form: *sumpta munera* is apparently an accusative for the ablative, *nostra sanctificatione* an ablative for the accusative. S[1] Gerb. read *nostrae sanctificationi.* [6] V. omits *nos*; Leon. as text; Pam. has *ut nos haec.*

XXIX.

IN VIGILIA APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

iv Kal. Iulias[1].

R. S. Deus, qui nobis apostolorum beatorum[2] Petri et Pauli
Gerb. 143. Pam. 315. natalitia gloriosa praeire concedis; tribue, quaesumus,
Men. 111. eorum nos semper et beneficiis praeveniri et orationibus adiuvari. Per.

Secreta.

R. S. Munera, Domine, tuae glorificationis offerimus; quae
Gerb. 143. Men. 111. tibi pro nostris grata ieiuniis sanctorum apostolorum,
Leon. 341. quaesumus, deprecatio[3] quorum solemnia praevenimus efficiat. Per.

Postcommun.

Beatorum Petri et Pauli honore continuo plebs tua semper exultet, et his praesulibus gubernetur, quorum doctrinis gaudet et meritis. Per.

[1] *iii Kal. Iulias* V. [2] *beatorum apostolorum* S[1] Gerb. [3] *deprecatione* S[1]; R. has *qs dne precatio.*

XXX.

ITEM IN NATALI SANCTI PETRI PROPRIE[1].

iii Kal. Iulias.

Deus, qui beato apostolo tuo Petro, collatis clavibus R S.(*alibi.*)
regni caelestis, animas ligandi atque solvendi pontificium Gerb. 30. Pam. 208.
tradidisti; concede ut intercessionis eius auxilio a pecca- Men. 29. Leofr. 138.
torum nostrorum nexibus liberemur. Per[2]. γ Cf. Pam. 316. Cf. Men 113.
Cf. Gerb. 145.

Secreta.

Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, preces et hostias R.S.(*alibi.*)
beati Petri apostoli[3] commendet oratio; ut quod pro illius Gerb. 30. Pam. 208.
gloria celebramus nobis prosit ad veniam. Per. γ Men. 29.
Leofr. 138. Cf. Leon. 337. Cf. Pam. 316. Cf. Men. 113. Cf. Gerb. 146.

653 **Postcommun.**

Laetificet nos Domine, munus oblatum; ut sicut in R.S.(*alibi.*)
apostolo tuo Petro te mirabilem praedicamus, sic per illum Gerb. 30. Pam. 208.
tuae sumamus indulgentiae[4] largitatem. Per. Men. 29.
Leofr. 138.

[1] R. Pam. and Leofr. give to the festival of iii Kal. Iul. the title of *Natale S. Petri Ap.*, but even in them the Missa for that day is not the same as that given in V. Pam. 316, Men. 113, Gerb. 145 have the Collect (in a revised form) among the additional prayers for the Festival: and the Secret, in the same form in which it appears in Leon. (where it is not specially adapted for S. Peter's day) in the Missa for the Festival of S. Paul. But the Collect, Secret, and Postcommunion of the *Missa* here assigned to iii Kal. Iul. appear in R. S. Gerb. Pam. Men. Leofr. as those of the *Missa* for the Festival of the Chair of S. Peter, in the same form which they have in the text. [2] For *Per.* Pam. Men. have the ending *Qui vivis.* [3] S[2] Gerb. insert *tibi.* [4] *sumamus indulgentiae tuae* Pam.

XXXI.

IN NATALI APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

iii Kal. Iulias.

Deus, qui hunc diem beatorum apostolorum Petri et Leon. 330.
Pauli martyrio consecrasti, da ecclesiae tuae toto terrarum Miss. Goth. 621.
orbe diffusae eorum semper magisterio gubernari per quos Cf. Gerb.
sumpsit religionis exordium. Per[1]. 144.

Largiente te[2] Domine beati Petri et Pauli natalitium R. S.
nobis [lumen[3]] effulsit: concede quaesumus ut hodierna[4] Gerb. 144. Leon. 343.
gloria passionis sicut illis magnificentiam tribuit sempi- Sacr. Gall. 881.
ternam, ita nobis munimen operetur perpetuum[5]. Per. Cf. Miss. Goth. 622.

Secreta.

Leon. 332. Oblationes populi tui, Domine, quaesumus, beatorum apostolorum Petri et Pauli passio beata conciliet; et quae nostris non apta[6] sunt meritis fiant tibi placita[6] tuorum deprecatione iustorum. Per.

Praefatio.

R. S. (*in Vigil.*) Gerb. 143. Leon. 338. Pam. (Amb.) 395. Cf. Men. 112.

VD. Apud quem quum[7] beatorum apostolorum continuata festivitas et aeterna celebritas atque triumphi[8] caelestis perpetuus sit natalis, nos[9] tamen beatae confessionis[10] initia recolentes[9] frequenti[11] tribuis devotione gaudere[12], ut crebrior[13] honor sacratissimae[14] passioni repensus maiorem nobis retributionis gratiam largiatur[15]. Per. γ

Postcommun.

R. S. Gerb. 145 Pam. 315. Men. 112.

Sumptis, Domine, remediis sempiternis tuorum mundentur corda fidelium, ut apostolici[16] Petri et Pauli natalis insignia, quae corporalibus[17] officiis exsequuntur, pia cordis intelligentia comprehendant. Per.

Item alia[18]. 654

Sumpsimus, Domine, pignus salutis aeternae[19] celebrantes Apostolorum Petri et Pauli votiva solemnia et perpetua merita venerantes. Per.

[1] This Collect has in V. the same form as in Leon. That in Miss. Goth. is almost identical. In R. S. Gerb. Men. Pam. it has undergone some revision. [2] V. omits *te*. [3] V. R. S. Gerb. omit *lumen*, which seems required for the sense, and is restored from Leon. and Sacr. Gall. [4] *hodiernae* S² Gerb. [5] Sacr. Gall. and Miss. Goth. alter the ending of this Collect. [6] *apta . . . placitae* Leon. [7] *licet* (for *quum*) Pam. (Amb.); *licet quum* Gerb.; R. omits *quum*. [8] *festivitas, aeterna celebritas et triumphi* Leon. [9] *nobis . . . recolentibus* Pam. (Amb.). [10] S² Gerb. insert *eorum*. [11] *annua* S² Gerb.; *celebriori* Pam. (Amb.). [12] *venerari* Leon. [13] *annuus* Pam. (Amb.). [14] *sacramentissimae* V. [15] *impensus sacratissimae passioni maiorem nobis prosit ad gratiam* Leon. [16] *apostolice* V. R.; *apostolorum* Pam.; S. Gerb. Men. as text. [17] *corporalis* V. [18] This second Postcommunion appears to be incomplete, containing no petition. [19] *aeterna* V.

XXXII.

ITEM IN NATALI SANCTI PAULI PROPRIE.

iii Kal. Iulias[1].

R. S. Gerb. 146. Pam. 317. Men. 113.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli praedicatione[2] docuisti, da nobis, quaesumus, ut cuius[3] natalitia colimus eius apud te patrocinia sentiamus. Per. γ

Maiestatem tuam, Domine, supplices exoramus, ut sicut ecclesiae tuae sanctus apostolus Paulus extitit praedicator ita sit [pro][4] nobis perpetuus suffragator. Per. γ See lxix *infra.* Leon. 466.

Secreta.

Praeveniant nobis[5], Domine, quaesumus, apostoli tui[6] desiderata commercia, ut quorum perpetuam dignitatem sacro mysterio frequentamus in terris et praesentia nobis subsidia postulent et aeterna. Per. R. S. Gerb. 146.

Postcommun.

B. Pam. 442. Men. 213. [Gerb. 289.] Deus infinitae misericordiae et maiestatis immensae, quem nec spatia locorum, nec intervalla temporum, ab his quos tueris abiungunt [22], adesto famulis tuis [23] in te ubique fidentibus [24], et per omnem quam acturi [25] sunt viam dux eis et comes esse dignare: nihil illis adversitatis noceat, nihil difficultatis obsistat: cuncta eis salubria, cuncta sint prospera, ut [26] sub ope dexterae tuae quidquid iusto [27] expetierunt [28] desiderio celeri consequantur effectu. Per. γ

Item alia.

Men. 212. Deus, qui ad vitam ducis, et confidentes in te paterna
protectione custodis, quaesumus ut praesenti famulo tuo a
nobis egredienti angelicum tribuas comitatum, ut eius auxilio
protectus, nulla mali concutiatur formidine, nullo comprimatur adversitatis angore, nullis [29] irruentis inimici moles-
tetur insidiis; sed spatiis necessarii itineris prospero gressu 705
peractis, propriisque locis feliciter restitutus, universos reperiat sospites, ac debitas exsolvat tuo nomini grates [30]. Per.

[1] This *Missa* does not appear as a whole in any of the texts referred to, and there are considerable variations in the wording of the separate prayers in different texts. [2] Leofr. inserts *omniumque sibi adherentium*. [3] *prosperitatis* V. [4] *viae huius* B.; *viae et vitae huius* Pam. Men.; *viae vel huius vitae* Leofr.; V. as text. [5] *veritate* Leofr. [6] *et* Pam. [7] Leofr. omits *et*. [8] *perduci* V.; Pam. Men. Leofr. as text. [9] *misericordiam semper et ubique praetende* Sacr. Gall. (in which the ending of the Collect differs considerably from the text). [10] Leofr. inserts *omnibusque secum comitantibus*. [11] *comitari* Leofr. Men.; V. Pam. as text. [12] V. omits *eius*, which seems to be required for the sense, and is found in Pam. Men. Leofr. [13] This form is given as Ambrosian in Gerb. [14] Gerb. inserts *ut*. [15] *angelum tuum sanctum mittere digneris* (om. *angelum pacis*) Gerb. [16] *et*, omitted by V. is inserted from Gerb. [17] *peractis* Gerb. [18] *facias* Gerb. [19] *tuam sanctam ecclesiam* Gerb.; V. as text (ungrammatically). [20] V. omits *serviat* which is inserted from Gerb. [21] *confirmata pacis foedera* V.; Gerb. as text. [22] *adiungunt* Pam.; *disiungunt* Men.; V. B. Gerb. as text. [23] *famulo tuo* (so throughout) B. Men. [24] *confidenti* B. [25] *ituri* Pam. Gerb.; similarly B. Men.; V. as text. [26] *et* Men. Gerb. [27] *iuste* B. [28] *expetierint* Pam. Gerb.; similarly B. Men.; V. as text. [29] *nullus* V.; Men. as text. [30] *gratias* Men.; V. has *gratis*.

XXV.

ITEM ORATIONES AD ITER AGENTIBUS[1].

Deus, verae beatitudinis auctor atque largitor, dirige nos in eam quam immaculati ambulant viam, ut testimonia legis tuae piis cordibus exquirentes, perseveremus et diligere quod praecipiunt, et desiderare quo ducunt. Per.

Deus qui sanctorum tuorum dirigis gressus, [amove][2] a nobis iniquitatis viam, et nostri tua lege[3] miserere; ut non obliti iudicia tua, viam mandatorum dilatato corde curramus. Per.

[1] So V. (ungrammatically). [2] *amove*, required by the sense, is restored from Ps. cxviii. [3] *de tua lege* Ps. cxviii (Vulg.).

XXVI.

ORATIONES PRO CARITATE.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inviolabilem caritatis affectum[1], ut desideria de tua inspiratione concepta nulla possint tentatione mutari. Per. B. Pam. 528.

Deus[2], qui iustitiam tuae legis[3] in cordibus credentium digito tuo scribis, da nobis fidei et spei caritatisque[4] augmentum, et ut mereamur assequi quod promittis fac nos amare quod praecepisti[5]. Per. Pam. 528. Gerb. 262. Leofr. 176.

Secreta.

Deus, qui nos ad imaginem tuam sacramentis[6] renovas et praeceptis, perfice gressus nostros in semitis tuis, ut caritatis donum, quod fecisti a nobis sperari[7], per haec quae offerimus facias sacrificia apprehendi. Per. B. Pam. 529.

Postcommun.

Libera nos, Domine[8], ab omni malo, propitiusque concede ut quae nobis poscimus relaxari, ipsi quoque proximis remittamus. Per. Leon. 359.

[1] *effectum* V. [2] *Omnipotens sempiterne Deus* Pam. Gerb. Leofr.; V. as text. [3] *iustitiam tuam elegis* V.; Pam. Gerb. Leofr. as text. [4] *fidei spei et caritatis* Pam. Gerb. Leofr.; V. as text. [5] *quae praecipis* Pam.; *quod praecipis* Gerb. Leofr.; V. as text. [6] *tuam tuam sacramenti* V.; B. Pam. as text. [7] *fecisti nobis spirari* B.; V. Pam. as text. [8] Leon. omits *Domine*.

XXVII. 706

Item alia Missa.

Leofr. 19. Deus, largitor pacis et amator caritatis, da servis tuis veram cum tua voluntate concordiam, ut ab omnibus quae nos pulsant tentationibus liberemur. Per.

Deus, qui quum omnes creaturas diligens feceris, in eam indulgentiam hominem[1], ut etiam illum ab impietatibus redimeres[2], condidisti, da servis tuis hunc[3] caritatis affectum, ut bona pro malis rependere tuo incitentur exemplo. Per.

Secreta.

Leofr. 19. His, Domine, sacrificiis, quaesumus, concede placatus, ut qui propriis oramus absolvi delictis non gravemur externis[4]. Per. γ

Postcommun.

Pam. 529. Gerb. 263. Leofr. 177. Leon. 438. Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde: ut quos uno caelesti pane satiasti, una facias pietate concordes. Per. γ

Ad populum.

Leon. 353. cf. II. xxii *supra.* Da ecclesiae tuae, Domine, non superbe sapere, [sed][5] tibi placita humilitate proficere, ut proterva despiciens[6], et matura quaeque desiderans, exerceat liberam caritatem. Per.

Leon. 438. Leofr. 19. Confirma, Domine, quaesumus, tuorum corda fidelium[7], et gratiae tuae virtute corrobora; ut et[8] in tua sint supplicatione devoti, et mutua dilectione sinceri. Per.

[1] *hominum* V. [2] *redemeris* V. (Tommasi corrects as text). [3] *hanc* V. [4] *aeternis* Leofr.^{2}; V. Leofr.^{1} as text. [5] V. here omits *sed*, which is restored from Leon. and II. xxii *supra*. [6] *despiciens, quaecumque matura sunt libera exerceat caritate* V. in II. xxii *supra*; *exerceat libera caritate* V. here (ungrammatically); Leon as text. [7] *filiorum* Leon.; V. Leofr. as text. [8] Leofr. omits *et*; V. Leon. as text.

XXVIII.

Orationes in Tribulatione.

R. B. Pam. 446. Gerb. 275. Ineffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende, ut simul nos et a peccatis exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias. Per. γ

R. B. Gerb. 275. Leon. 316. Parce, Domine, parce peccantibus[1]; et ut ad propitiationem tuam possimus accedere, spiritum nobis tribue corrigendi. Per.

Secreta.

Quaesumus, Domine, nostris placare muneribus: quoniam[2] tu eadem tribuis ut placeris. Per. R. Gerb. 275.

707 **Postcommun.**

Sumpti sacrificii, Domine, perpetua nos tuitio non relinquat, et noxia semper a nobis cuncta depellat. Per. γ B. Gerb. 274. Leon. 316. II. xxiv, xlviii *supra.*

[1] B. inserts *nobis.* [2] *quo* V.; R. as text.

XXIX.

ITEM ALIA MISSA.

Adesto, Domine, fidelibus tuis, et quibus supplicandi tribuis miseratus affectum, concede benignissime consolationis auxilium. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 29. Pam. 380.

Da nobis, quaesumus, Domine, de tribulatione laetitiam: ut qui diu pro nostris peccatis afficimur[1], intercedentibus sanctis tuis[2], celerius in tua misericordia respiremus. Per. γ Pam. 373. Gerb. 244.

Secreta.

Suscipe, quaesumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum, et tua mysteria celebrantes ab omnibus defende periculis. Per. γ S. (*alibi.*) Gerb. 51.

Postcommun.

Vivificet nos, Domine, sacra participationis infusio, et perpetua protectione defendat. Per Dominum nostrum.

[1] *affligimur* Pam. Gerb.; V. as text. [2] *intercedente beato* Illo *martyre tuo* Pam. Gerb.; V. as text.

XXX.

ITEM ALIA MISSA.

Parce, Domine, parce peccatis nostris; et quamvis incessabiliter delinquentibus continua poena debeatur, praesta, quaesumus, ut quod ad perpetuum meremur exitium, transeat ad correptionis[1] auxilium. Per. B.

Memor esto, Domine, fragilitatis humanae; et qui iuste verberas peccatores, parce propitiatus afflictis. Per. γ Leofr. 187.

Secreta.

Propitiare, Domine, populi tui propitiatus[2] muneribus; ut hac oblatione placatus et indulgentiam nobis tribuas et postulata concedas. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 171. Pam. 410.

Postcommun.

B. Vitia cordis humani haec, Domine, quaesumus, medicina compescat, quae mortalitatis nostrae venit curare languores. Per Dominum nostrum.

[1] *correctionis* B.; V. as text. [2] *populo tuo, propitiare* R. S[1] Pam.; *precibus populi tui, propitiare* S[2] Gerb.; V. as text.

XXXI. 708

ITEM ALIA MISSA.

Leofr. 184. Domine Deus, qui ad hoc irasceris, ut subvenias, ad hoc minaris, ut parcas, [1] lapsis manum porrige, et laborantibus multiplici miseratione succurre: et [2] qui per te redempti sunt ad spem vitae aeternae tua moderatione serventur. Per.

cf. I. xv *supra*. Adesto, Domine, invocationibus nostris, et non sit a nobis clementiae tuae longinqua misericordia: sana vulnera, remitte peccata, ut nullis iniquitatibus a te separati, tibi semper adhaerere possimus. Per.

Secreta.

Leofr. 108. Leofr. 184. Sacrificia, Domine, tibi [3] cum ecclesiae precibus immolanda, quaesumus, corda nostra purificent, et [4] indulgentiae tuae nobis dona concilient, et de adversis prospera sentire perficiant [5]. Per.

Postcommun.

I. xxxvii *supra*. Leon. 327. Pam. 215. Caelestis doni benedictione percepta, supplices te, Deus omnipotens [6], deprecamur, ut hoc idem et sacramenti nobis [7] causa sit et salutis. Per. γ

[1] Leofr. inserts *intercedentibus omnibus sanctis tuis*. [2] *ut* Leofr.; V. as text. [3] Leofr. (184) omits *tibi*. [4] Leofr. (184) inserts *intercedentibus omnibus sanctis tuis*; *ut et* Leofr. 108. [5] *faciant* Leofr. 184. [6] *Domine* (for *D. omnip.*) V. in I. xxxvii *supra*; V. here, Leon. Pam. as text. [7] *hoc idem nobis semper et sacramenti* V. in I. xxxvii *supra*, Leon.; Pam. similarly, but omitting *semper*.

XXXII.

ITEM ALIA MISSA.

Leofr. 107. Pam. 374. Men. 195. Omnipotens et misericors [1] Deus, qui peccantium non vis animas perire sed culpas, contine quam meremur iram, et quam precamur [2] effunde [3] clementiam; ut [de] maerore in gaudium per tuam misericordiam transferamur [4]. Per.

Deus, refugium pauperum, spes humilium, salusque miserorum, supplicationes populi tui clementer exaudi; ut quos iustitia verberum fecit afflictos, abundantia remediorum faciat consolatos. Per. γ Pam. 375. Men. 195. Leofr. 243.

Secreta.

Suscipe, Domine, propitiatus [5] hostias quibus et te placari [6] voluisti et nobis salutem potenti pietate restitui. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 191. Pam. 414. Men. 185.

Postcommun.

Quos munere, Domine, caelesti reficis [7], divino tuere praesidio; ut tuis mysteriis perfruentes, nullis subdamur adversis. Per. Leofr. 184.

[1] Pam. Men. omit *Omnipotens et misericors*; V. Leofr. as text. [2] Pam. Men. Leofr. insert *super nos.* [3] *infunde* Pam. [4] *ut de maerore* (*merito* Pam.) *gaudium tuae misericordiae consequi mereamur* Pam. Men.; V. omits *de* and has *transferamus*; Leofr. as text. [5] *propitius* S[2] Gerb. Pam.; V. R. S[1] Men. as text. [6] *placare* V. [7] *caelesti reficis Domine intercedentibus omnibus sanctis tuis* Leofr.

709 XXXIII.

ITEM ALIA MISSA.

Deus, qui offensionibus servorum tuorum et iuste irasceris, et clementer ignoscis, praesta supplicibus indulgentiam peccatorum; ut, reparato statu tibi subditae libertatis, et correptio ab iniquitate, et cessatio fiat a verbere. Per.

Parce, Domine, parce supplicibus; da propitiationis auxilium, qui praestas etiam per ipsa flagella remedium; nec haec tua correptio, Domine, sit negligentibus maior causa poenarum, sed fiat eruditio paterna correptis. Per.

Secreta.

Oblationibus [1], Domine, placare susceptis, et ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates. Per. γ R.S.(*alibi.*) Gerb. 58. Pam. 240. Men. 55.

Postcommun.

Sit nobis, quaesumus, Domine [2], medicina mentibus et corporibus [3], quod de sancti [4] altaris tui benedictione percepimus [5]; ut nullis adversitatibus perfruamur [6], qui tanti remedii participatione munimur [7]. Per. Leofr. 108.

[1] R. S. Gerb. Pam. Men. insert *quaesumus.* [2] *Domine quaesumus* Leofr. [3] *mentes et corporibus* V.; *mentis et corporis* Leofr. [4] *sanctis* V.; Leofr. as text. [5] *percipimus* V. [6] *turbemur* Leofr.; V. as text. [7] *muniamur* V.; Leofr. as text.

XXXIV.

ITEM ALIA MISSA.

Men. 206. Deus infinitae misericordiae et bonitatis immensae, propitiare iniquitatibus nostris, et omnibus animarum nostrarum medere languoribus, ut miserationum[1] remissione percepta, semper in tua benedictione laetemur. Per.

Secreta.

Men. 206. Tuere nos, Domine, divinis propitius sacramentis; et ut his congrue famulemur, eorum praesta potenter effectu[2]. Per.

Postcommun.

Men. 206. Muniat, quaesumus, Domine, fideles tuos sumpti[3] vivificatio sacramenti, et a vitiis omnibus expeditos in sancta faciat[4] devotione currentes. Per.

[1] *miserationum*. So V.; Men. has *peccatorum nostrorum*. [2] *effectu*, so V. Men. Tommasi reads *effectum*, but the correction seems superfluous. [3] *sumpta* V.; Men. as text. [4] Men. inserts *esse*.

XXXV. 710

ITEM ALIA MISSA.

Men. 206. Deus sub cuius oculis omne cor trepidat[1], et omnes conscientiae pavescunt, propitiare omnium gemituum[2] et cunctorum medere vulneribus; ut sicut nemo nostrum liber a culpa est, ita nemo sit alienus a venia. Per.

Men. 207. Omnipotens sempiterne Deus, qui timore sentiris, dilectione coleris, confessione placaris, misericordiam tuam effunde supplicibus; ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non iudicium tuum sed indulgentiam sentiamus. Per.

Secreta.

Sacrificia nos, Domine, celebranda purificent, et caelestibus imbuant institutis. Per.

Postcommun.

R. Pam. 446. Gerb. 276. Praesta, Domine, quaesumus, ut terrenis affectibus expiatis[3] ad[4] superni plenitudinem sacramenti, cuius libavimus sancta, tendamus. Per. γ

[1] *contrepitat* V.; Men. as text. [2] *omnium doloribus gementium* Men.; V. as text; the reading of Men. is perhaps an emendation of this ungrammatical form. [3] *effectibus expiati* Pam.; V. R. as text. [4] *a* V.; R. as text.

XXXVI.

ITEM ALIA MISSA.

Deus, humilium consolator, et fidelium fortitudo, propitius esto supplicibus; [1] ut humana fragilitas, quae per se proclivis est ad labendum [2], per te semper muniatur [3] ad standum; et quae per se prona est ad offensam, per te semper [3] reparetur ad veniam. Per. Men. 207.

Suscipe, misericors Domine, supplicum preces, et secundum multitudinem indulgentiarum tuarum ab omnibus nos absolve peccatis; ut ad omnia pietatis opera te parcente [4] reparemur; et quos venia feceris innocentes, auxilio facias efficaces. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Men. 207.

Secreta.

Haec hostia, Domine, quaesumus, et ab occultis ecclesiam tuam reatibus semper expediat, et manifestis convenienter expurget. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Men. 207.

711 **Postcommun.**

Purificent nos, Domine, sacramenta quae sumpsimus, et a cunctis efficiant [5] vitiis absolutos. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ Men. 207. x *supra.*

[1] Men. inserts *et da.* [2] *labem* Men. [3] Men. omits *muniatur . . . semper.* [4] *opera re parcende* V.; Men. as text. [5] *efficiat* V.

XXXVII.

ITEM ALIA MISSA.

Si iniquitates nostras observaveris, Domine, quis sustinebit? Precamur ergo clementiam tuam [1] ut ubi nulla fiducia suppetit actionum, gratia tua copiosa resplendeat, et quum delicta remittit indignis, et quum beneficia praestat immeritis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Men. 207.

Misericors et miserator Domine, qui nos parcendo sustentas et ignoscendo sanctificas, da [2] veniam peccatis nostris, et sacramentis caelestibus servientes ab omni culpa liberos esse concede. Per Dominum nostrum Iesum Christum. Men. 207.

Secreta.

Hostias tibi, Domine, placationis offerimus, ut et delicta nostra miseratus absolvas, et nutantia corda tu dirigas. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ Men. 207.

Postcommun.

Men. 207. Supplices te rogamus, [3] Deus, ut quos tuis reficis sacramentis, et [4] tibi placitis moribus dignanter informes. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ

ORATIONES IN NATALI PRESBYTERI QUALITER SIBI MISSAM DEBEAT CELEBRARE [5].

Pam. 430. cf. I. xcviii *supra.* cf. Leon. 431. Deus, cuius arbitrio omnium saeculorum ordo decurrit, respice propitius ad me famulum tuum, quem ad ordinem presbyterii [6] promovere dignatus es; et ut tibi mea servitus [7] placeat, tua in me misericorditer dona conserva. Per.

Domine Deus noster, verax promissor, propitiare operi tuo, et mihi famulo tuo servienti tibi tribuas perseverantem in tua voluntate famulatum, ut diebus nostris et [8] merito et numero populus tibi serviens augeatur. Per.

Super oblata [9]. 712

Pam. 431. Leon. 435. Perfice, Domine, quaesumus, benignus in nobis, ut quae sacris mysteriis profitemur, piis actionibus exequamur. Per.

Pam. 431. Hanc igitur oblationem, Domine, servitutis meae, quam tibi offero ego famulus tuus et sacerdos, pro eo quod me eligere dignatus es in ordinem presbyterii, ut sacrificiis tuis ac divinis altaribus deservirem [10]: pro hoc reddo tibi vota mea Deo vero et vivo, maiestatem tuam suppliciter implorans, ut opera manuum tuarum in me ipso custodias et idoneum me per [11] omnia ministrum tuae voluntatis efficias. Per.

Postcommun.

Pam. 431. cf. Leon. 429. Munerum tuorum, Domine, largitate [12] sumentes, supplices deprecamur ut quibus donasti huius ministerii servitutem exequendi, gratiae tuae tribuas facultatem. Per Dominum.

[1] Men. substitutes for this beginning the more ordinary form *Quaesumus clementiam tuam, omnipotens Deus.* [2] *dona* Men. [3] Men. inserts *omnipotens.* [4] Men. omits *et.* [5] This *Missa* is perhaps intentionally included in the same section with that preceding, the Collects of which seem to fit it for a similar purpose. [6] *presbyteratus* Pam. [7] *servitutis* V.; Pam. as text. [8] *ut* V. [9] The use of this heading for the *Secreta* is exceptional in V.; the absence of any heading for the *Hanc igitur* may be due to the same cause. [10] Some words such as *placatus accipias* seem to be required here for the completion of the sense: but both in V. and in Pam. the sentence is left incomplete. [11] *pro* V.; Pam. as text. [12] *largitatem* Pam.; V. as text (ungrammatically); the similar Collect in Leon. has *largitate gaudentes.*

XXXVIII.

ORATIONES TEMPORE, QUOD ABSIT, MORTALITATIS.

Deus, qui non[1] mortem, sed poenitentiam desideras peccatorum, populum tuum, quaesumus, ad te converte propitius; ut dum tibi devotus extiterit, iracundiae flagella[2] amoveas. Per. γ R. Gerb. 304. Men. 209. Leofr. 186.

Populum tuum, quaesumus, omnipotens Deus, ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate; ut qui tuae maiestatis flagella formidant, de tua mereantur[3] venia gratulari[4]. Per. γ [Gerb. 304 *n.*] Men. 209. Leofr. 187.

Secreta.

Subveniat nobis, Domine, quaesumus[5], sacrificii praesentis operatio, quae nos et ab[6] erroribus universis potenter absolvat, et a totius eripiat perditionis incursu. Per. γ R. Gerb. 305. Men. 209. Leofr. 187.

Postcommun.

Tuere[7] nos, Domine, quaesumus[5], tua sancta sumentes, et ab omni propitius iniquitate defende. Per. Men. 209. Leofr. 187.

[1] R. inserts *vis* but omits *mortem*; V. Men. Leofr. as text. [2] *tuae ab eo iracundiae flagella* R.; *iracundiae tuae ab eo flagella* Men.; *iracundiae tuae flagella ab eo* Leofr.; V. as text. [3] Leofr. inserts *semper*. [4] *gratulare* V. [5] *quaesumus Domine* Leofr. [6] R. omits *ab*. [7] *Tui* V.; Men. Leofr. as text. The Postcommunion of the *Missa* in R. is now lost: that which Gerbert gives as the Postcommunion belongs to another *Missa* (probably a *Missa pro navigantibus*), the earlier prayers of which are also wanting in R. in consequence of the loss of a leaf.

713 XXXIX.

ITEM ALIA MISSA.

Ecclesiae tuae, quaesumus, omnipotens Deus, placatus intende conventum; et misericordia tua nos potius quam ira praeveniat; quia si iniquitates nostras observare volueris, nulla poterit creatura subsistere; sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus, ut opera manuum tuarum non facias interire. Per. Men. 207.

Exaudi, Domine, preces nostras, et ne velis cum servis tuis adire iudicium; quia sicut in nobis nulla iustitia reperitur, de qua praesumere valeamus, ita te fontem pietatis agnoscimus, a quo et a peccatis nostris nos ablui[1] et a necessitatibus liberari confidimus. Per. Men. 208.

Secreta.

Men. 208. R.S. (*alibi.*) Gerb. 50. Pam. 231. Men. 48. Per haec, quaesumus, veniat, Domine [2], sacramenta nostrae redemptionis effectus, qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus, et ad salutaria cuncta perducat. Per. γ

Postcommun.

Men. 208. Huius operatio nos, Domine, sacramenti, quaesumus, purificet semper et muniat. Per.

[1] *absolvi* Men.; *ablue* V. [2] *veniat quaesumus Domine* S. Gerb. Pam. Men. (48); *veniat sacramenta quaesumus Domine* R.; V. Men. (208) as text.

XL.

Item alia Missa.

Men. 208. Deus, cuius misericordiam [1] caelestium quoque virtutum indigent potestates, et in cuius conspectu nullus est hominum absque sorde et poena peccati, delicta populi tui, quaesumus, averte propitiatus; ut quos propriae conscientiae reatus accusat, bonitatis tuae patientia faciat venia [2] promereri. Per Dominum nostrum.

Men. 208. Deus cuius tanta est excellentia pietatis, ut, uno peccatore converso, maximum gaudium facias in caelis haberi [3], respice in exigua [4] populi portione [4]; ut, omni vexatione depulsa, hereditas tua et [5] numero augeatur, et devotione proficiat [6]. Per.

Secreta.

Men. 208. Protegat nos, Domine, quaesumus, hostia salutaris; et quae ad honorem tui • nominis immolatur, nobis prosit ad 714
veniam. Per.

Postcommun.

Men. 208. x *supra.* R.S. (*alibi.*) Gerb. 139. Pam. 405. Men. 171. Sancta tua nos, Domine, sumpta vivificent, et misericordiae sempiternae praeparent [7] expiatos. Per Dominum nostrum. γ

[1] *misericordia* Men.; V. as text (ungrammatically). [2] *veniam* Men.; V. as text (ungrammatically). [3] *habere* V.; Men. as text. [4] *exiguam . . . portionem* Men.; V. as text (ungrammatically). [5] *in* (for *et*) V.; Men. as text. [6] *perficiat* V.; Men. as text. [7] *reparent* R.

XLI.

Item alia Missa.

Men. 208. Exaudi, Domine, quaesumus, populum tuum de tua misericordia malorum suorum veniam supplicantem; et

quia potens es peccata dimittere[1], supplicia quae nostris meremur operibus, potentia tuae pietatis averte. Per.

Iram tuam, quaesumus, Domine, a populo tuo miseratus averte, quam nostris quidem meremur operibus, sed humana fragilitate sustinere non possumus; illa nos itaque contine pietate, qua[2] praestare soles indignis. Per. Men. 208.

Secreta.

Concede nobis, Domine, quaesumus, ut haec hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum, et tuae propitiatio potestatis. Per. γ Men. 208. R.S.(*alibi.*) Gerb. 173. Pam. 410. x *supra.*

Postcommun.

Plebem nomini tuo subditam, Domine, propitius intuere, eique[3] tuas consolationes[4] iugiter per caelestem gratiam dignanter operare. Per. Men. 209. S. (*alibi.*) Gerb. 239. xvii *supra.*

[1] *dimittere peccata* Men.; V. as text. [2] *quam* Men.; V. as text (ungrammatically). [3] *et ei* Men.; V. S. Gerb. as text. [4] *consolationes tuas* V. in xvii *supra*, S. Gerb.; V. here, Men. as text.

XLII.

ORATIONES PRO MORTALITATE ANIMALIUM.

Deus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti, supplices te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Dominum. γ Pam. 447. [Gerb. 305 *n.*]

Deus, qui humanae fragilitati necessaria providisti misericors adminicula iumentorum, quaesumus, [1] eadem miseris consulendo non subtrahas; et quorum[2] nostris meritis saevit interitus, tua, nobis parcendo, clementia cessare iubeas[3] vastitatem. Per. B. [Gerb. 305 *n.*]

715 **Secreta.**

Sacrificiis, Domine, placatus[4] oblatis, opem tuam nostris temporibus clementer impende. Per. γ B. [Gerb. 305 *n.*] Pam. 447.

Postcommun.

Benedictionem tuam, Domine, populus fidelis accipiat, qua corpore salvatus ac mente et congruam tibi semper exhibeat servitutem, et propitiationis tuae beneficia semper inveniat. Per. γ [Gerb. 305 *n.*] Pam. 447.

B [Gerb. 305 *n.*] Pam. 447.

Averte, Domine, quaesumus, a fidelibus tuis cunctos[5] miseratus errores, et saevientium morborum depelle perniciem; ut quos merito flagellas devios, foveas tua miseratione correctos. Per. γ

[1] Gerb. inserts *ut*; V. B. as text. [2] B. inserts *pro*; V. Gerb. as text. [3] *iubeat* B.; V. Gerb. as text. [4] *placare* B.; V. Gerb. Pam. as text. [5] *cunctis* V.; B. Gerb. Pam. as text.

XLIII.

Orationes de sterilitate.

R. Gerb. 300.

Sempiternae pietatis tuae abundantiam, Domine, supplices imploramus ut nos beneficiis, quibus non meremur, anticipans, benefacere cognoscaris indignis. Per.

Leofr. 187.

Da nobis, quaesumus, Domine, piae supplicationis effectum, et pestilentiam famemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant et te indignante talia flagella producere[1], et te miserante cessare. Per.

Secreta.

R. Leon. 417. Gerb. 301. Leofr. 187.

Deus, qui humani generis utramque substantiam praesentium munerum et alimento[2] vegetas, et renovas sacramento[3], tribue, quaesumus, ut[4] eorum et corporibus nostris subsidium non desit et mentibus. Per.

Postcommun.

R. Leon. 417. Gerb. 301. Leofr. 187.

Guberna, quaesumus, Domine,[5] temporalibus adiumentis quos dignaris aeternis informare mysteriis. Per Dominum nostrum.

[1] *producere* so V., perhaps ungrammatically for *produci*: Leofr. has *prodire*. [2] *alimentum* V.; R. Leon. Leofr. as text. [3] *sacramentum* R.; V. Leon. Leofr. as text. [4] *in* (for *ut*) R.; V. Leon. Leofr. as text. [5] R. Leofr. insert *et*; V. Leon. as text.

XLIV.

Orationes ad pluviam postulandam.

R. Leon. 448. Pam. 449. Gerb. 301. Men. 210.

Deus, in quo vivimus, movemur et sumus, pluviam nobis tribue congruentem; ut praesentibus subsidiis sufficienter adiuti sempiterna fiducialius appetamus. Per. γ

[Gerb. 301 *n.*] Men. 209. Pam. 448.

•Terram tuam, Domine, quam videmus[1] nostris iniqui- 716
tatibus tabescentem, caelestibus aquis infunde, atque irriga beneficiis gratiae sempiternae. Per. γ

Delicta[2], Domine, quaesumus, miseratus absolve, et aquarum subsidia praebe caelestium, quibus terrena conditio vegetata subsistat. Per Dominum nostrum. γ

R. Pam. 449. Gerb. 301. Men. 210.

Secreta.

Oblatis, Domine, placare muneribus, et opportunum tribue nobis[3] pluviae sufficientis auxilium. Per. γ

R. Pam. 449. Gerb. 301. Men. 210.

Postcommun.

Tuere nos[4], Domine, quaesumus, tua sancta sumentes, et ab omnibus propitius absolve peccatis. Per. γ

R. Pam. 449. Gerb. 301. Men. 210.

[1] *vidimus* Pam.; V. Gerb. Men. as text. [2] R. Pam. Men. insert *fragilitatis nostrae*; V. as text. [3] *nobis tribue* Pam. Men.; V. R. as text. [4] R. omits *nos*; V. Pam. Men. as text.

XLV.

Item alia Missa.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius munere elementa omnia recreantur, reminiscere miserationum tuarum, et salutiferos imbres humano generi concede propitius, quatenus fecunditatis tuae alimoniis omnis terra laetetur. Per.

Gerb. 301. Men. 210.

Omnipotens sempiterne Deus, petimus divinam clementiam tuam ut faciem totius terrae largioribus[1] imbribus irrigare digneris, aurasque[2] salubres tribuas, atque aegris restitue pristinam sanitatem; et animae quae promissiones tuas sitiunt de tua semper caritate abundantia repleantur. Per.

Deus qui ad mutandam aeris qualitatem operis caelum nubibus, et paras terrae pluviam, aperi fontem benignitatis tuae, et terram squalidam et ariditatem pulveream laeto imbre fecunda, ut recepisse nos venia[3] peccatorum, cessante iam correptione, laetemur. Per.

Secreta.

Placare, Domine, muneribus semper acceptis, et diuturnam tempera[4] diffusis nubibus siccitatem. Per.

Gerb. 302. Men. 210.

Postcommun.

Precibus populi tui, Domine, quaesumus, placatus aspira,
717 ut veniam tribuas humanis excessibus; et opem miseris benignus impende[5]. Per Dominum nostrum.

Gerb. 302. Men. 210.

S 2

R. Gerb. 301. Pam. 449. Men. 209.

Da nobis, Domine, quaesumus, pluviam salutarem, et aridam terrae faciem fluentis caelestibus dignanter infunde. Per. γ

[1] *largioris* V. [2] *auresque* V. [3] *venia* so V. (ungrammatically). [4] *diuturna tempora* V.; Gerb. Men. as text. [5] *impendas* Gerb. Men.; V. as text.

XLVI.

Orationes ad poscendam serenitatem.

R. Gerb. 302. Pam. 450. Men. 211.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi, et aeris serenitatem nobis tribue supplicantibus[1]; ut qui pro peccatis nostris iuste affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus. Per. γ

[Gerb. 302 *n*.]

Deus, qui fidelium precibus flecteris, et humilium confessione placaris, conversis ad[2] te propitiare supplicibus; et quos fecisti iram intelligere castigantis[3] fac misericordiam sentire parcentis. Per.

Gerb. 302. Men. 211. Leofr. 188.

Deus, qui omnium rerum tibi servientium naturam per ipsos motus[4] aeris ad cultum tuae maiestatis instituis, tranquillitatem nobis misericordiae tuae remotis largire terroribus; ut cuius iram expavimus, clementiam sentiamus. Per. γ

Secreta.

R. Gerb. 302. Pam. 450. Men. 211. Leofr. 188.

Praeveniat nos, quaesumus, Domine, gratia tua semper et subsequatur, et has oblationes, quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus[5], benignus assume; ut per intercessionem[6] sanctorum tuorum cunctis nobis proficiant[7] ad salutem. Per. γ

Postcommun.

R. Gerb. 302. Pam. 450. Men. 211. Leofr. 188.

Plebs tua, Domine, capiat sacrae benedictionis augmentum, et copiosis beneficiorum tuorum sublevetur auxiliis, quae tantis[8] intercessionem deprecationibus adiuvatur[8]. Per. γ

[1] *supplicantes* V.; *supplicantis* R.; Gerb. Pam. Men. as text. [2] *a* V.; Gerb. as text. [3] *castigantes* V.; Gerb. as text. [4] *natura per ipsos modos* V.; Gerb. Men. Leofr. as text. [5] *deferemus* V.; R. Pam. Men. Leofr. as text. [6] *intercessione* V.; R. Pam. Men. Leofr. as text. [7] *perficiant* V.; R. Pam. Men. Leofr. as text. [8] *tangis . . . adiuvantur* R.

XLVII.

ORATIONES POST TEMPESTATEM ET FULGURA[1].

Magnificentiam tuam, Domine, praedicamus[2], suppliciter implorantes, ut quia[3] nos imminentibus[4] periculis exuisti,
718 a peccatis quoque benignus absolvas; ut * et[5] beneficia nobis maiora concedas, et tuis nos facias parere mandatis. Per.

R. Leon. 371. Gerb. 303.

A domo tua, quaesumus, Domine, spiritales nequitiae pellantur, et aeriarum discedat malignitas potestatum[6]. Per. γ

Pam. 450. Gerb. 304. see I. xciii *supra*.

[Secreta].

Offerimus, Domine, laudes et munera, pro concessis[7] beneficiis gratias referentes[8], et pro concedendis semper[9] suppliciter deprecantes. Per. γ

R. Leon. 444. Gerb. 304. Pam. 451. Leofr. 188. see I. lv *supra*.

Postcommun.

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo conservas, praesta supplicibus tuis ut et tranquillitatis[10] huius optatae[11] consolatione[12] laetemur, et[13] dono[14] tuae pietatis semper utamur. Per. γ

R. Leon. 372. Gerb. 304. Pam. 451. Leofr. 188.

[1] The corresponding *Missa* in R. has the title *Pro tempest. et fulgora*; V. reads *post tempestate et fulgura*: and the wording of the first Collect, Secret and Postcommunion suggests that the *Missa* was intended for use after, and not during, a storm. [2] *praeiamus* V. (Tommasi reads *precamur*); *praecedamus* R.; Leon. as text. [3] *qui* Leon.; V. Gerb. as text. [4] *eminentibus* V. R.; Leon. as text. [5] Leon. R. omit *et*; V. as text. [6] *tempestatum* Pam. Gerb.; V. as text. [7] *consensis* R. [8] *exhibentes gratias* Leon. [9] Leon. omits *semper*. [10] *tranquillitatibus* R. Gerb. Pam. [11] *oblatae* Gerb., but R. has *obtate*. [12] *consolationis* V. R. Gerb. Pam. Leofr.; Leon. as text. [13] Leon. inserts *ad correctionis effectum*. [14] *dona* V. R.; Leon. Pam. Leofr. as text.

XLVIII.

ORATIONES PRO HIS QUI AGAPE[1] FACIUNT.

Oremus[2], dilectissimi nobis, omnipotenti Deo pro filio nostro *Illo*, qui recolens divina mandata de iustis laboribus suis victum indigentibus subministrat, quatenus haec devotio ipsius, sicut nobis est necessaria, ita sit Deo semper accepta. Per.

B. [Gerb. 284 *n.*]

Oremus.

Sanctum[3] ac venerabilem retributorem bonorum operum Dominum deprecamur[4] pro filio nostro *Illo*, qui de suis

[Gerb. 283 *n.*]

iustis laboribus victum indigentibus administrat, ut Dominus caelestis[5] sua misericordia terrenam eleemosynam compenset[6], et spiritales divitias largiatur; tribuat ei magna pro parvis, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna. Per.

[1] *Agape*, so V. Perhaps the word is treated as indeclinable. [2] This form is adapted in B., and in the parallel *Missa* in Gerb., to serve as a Postcommunion in a *Missa pro eleemosynas facientibus*. The Postcommunion begins *Omnipotens et misericors Deus, famulos tuos placatus intende, qui recolentes.* [3] This Prayer appears in Gerb. as a 'bidding-prayer' prefixed to the *Missa pro eleemosynas facientibus.* [4] *deprecemur* Gerb.; V. as text. [5] *caelestis* so V.; Tommasi reads *caelesti*, but the reading of the text is supported by Gerb. where *ei* is inserted before *sua.* [6] *complenset* V.; Gerb. has *recompenset terrenam eleemosynam.*

XLIX.

ITEM ORATIONES AD MISSAS.

[Gerb. 283 *n.*] B. Deus, qui post baptismi sacramentum secundam[1] ablutionem[2] peccatorum eleemosynis indidisti, respice propitius super famulum tuum[3] *Illum*, cuius operibus tibi gratiae referuntur; fac eum praemio beatum, quem fecisti pietate devotum[4]. Per.

[Gerb. 283 *n.*] *Deus, qui homini[5] ad tuam imaginem facto[5] etiam spiri- 719
talem alimoniam praeparasti, concede filio nostro famulo tuo *Illi*[6], qui in pauperes tuos tua seminat dona, ut verius[7] metat suorum operum fructus, et largitatis hodiernae compensatio istius[8] perpetua conferatur, recipiatque pro parvis magna, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna. [Per.]

Secreta.

B. [Gerb. 284 *n.*] Deus, qui tuorum corda fidelium per eleemosynam dixisti posse mundari, praesta, quaesumus, ut huius consortiis sacramenti ut[9] ad conscientiae suae fructum non gravare studeant miseros, sed iuvare. Per.

Infra actionem.

[Gerb. 284 *n.*] Hanc igitur oblationem, Domine, famuli tui *Illius*, quam tibi offert ob[10] iustis eleemosynis suis, quod[11] in pauperes tuos operatur, [12]placatus suscipias deprecamur. Pro quo maiestati tuae supplices fundimus preces, ut adiicias ei tempora vitae, ut per multa curricula annorum laetus tibi in pauperes tuos haec operetur, atque annua tibi vota[13] persolvat. Per Christum. Quam oblationem.

Postcommun.

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius super hunc famulum tuum *Illum*, qui in pauperes tuos[14] operatur: virtute custodi[15], potestate tuearis; ut per multa curricula annorum laetus tibi in pauperes tuos haec operetur. Per Dominum nostrum. [Gerb. 284 *n.*]

[1] *secundum* V.; B. Gerb. as text. [2] *abolitionem* B. Gerb. [3] *famulos tuos* B. (and so throughout). [4] After *devotos*, B. has *recipiant pro parvis magna* &c. (see end of second Collect in text). [5] *hominem . . . facto* V.; Gerb. as text. [6] *Illo* V. [7] *veros* Gerb.; V. as text. [8] *ipsi* Gerb.; V. as text. [9] *ut huius consortes sacramenti* Gerb.; *huius consortibus sacramenti ut* B.; V. as text: perhaps the true reading is *et huius consortibus sacramenti ut.* [10] *de* Gerb.; V. as text, ungrammatically. [11] *quas* Gerb.; V. as text (ungrammatically). [12] Gerb. inserts *ut.* [13] *vota tibi* Gerb. [14] Gerb. inserts *haec.* [15] *custodias* Gerb.; V. as text.

L.

MISSA IN MONASTERIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis mirabilia magna solus, praetende super[1] famulos tuos spiritum gratiae salutaris; et ut in veritate tibi complaceant[2], perpetuum eis[3] rorem tuae benedictionis infunde. Per. γ B. Gerb. 278. cf. Pam. 439. cf. Men. 237.

Fac, quaesumus, Domine, famulos tuos toto semper ad te corde concurrere, tibi subdita mente servire, tua misericordia[4] suppliciter implorare, et tuis iugiter beneficiis gratulari. Per.

720 *Famulos tuos, quaesumus, Domine, placatus intende, pariterque eos et a peccatis absolve propitius, et a cunctis eripe benignus adversis. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Hostias Domine famulorum tuorum placatus intende, et quas in honore[5] nominis tui devota mente celebrant[6], proficere sibi sentiant ad medelam. Per. γ B. Gerb. 278. Pam. 440. cf. Men. 237. cf. Leon. 295.

V.D. Per Christum Dominum nostrum. Qui dum confessores tuos tanta pietate glorificas, ut nullum apud te sanctum propositum doceas esse sine praemio, quanto magis duriora certamina sustinentes ad tuae quoque retributionis munus invitas. Et ideo.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Domine, famulorum tuorum, quam tibi offerunt ob devotionem mentis suae, pius ac B. Gerb. 278.

propitius clementi vultu suscipias, tibique supplicantes libens protege, dignanter exaudi[7], et aeterna eos protectione conserva[8]; ut semper in tua religione laetantes, instanter in sanctae Trinitatis fide catholica perseverent: nobis haec quoque unanimiter et crebro[9] petentibus ipse praestabis omnipotens Deus. Per Christum. γ

Postcommun.

B. Gerb. 278. Pam. 440. Quos caelesti recreas munere, perpetuo, Domine, comitare praesidio; et quos fovere non desinis, dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per. γ

[1] Gerb. inserts *nos*. Pam. Men. have special mention of the Abbat or Bishop and of those committed to his charge. [2] *complaceamus* Gerb. [3] *nobis* Gerb. [4] *tua misericordia* so V. (ungrammatically). [5] *honorem* Pam. Men.; V. B. Gerb. as text. [6] *pro eis celebramus* Pam. Men.; *pro nobis celebramus* Gerb.; V. B. as text. [7] *protege et clementer exaudi* Gerb.; V. B. as text. [8] B. ends the *Hanc igitur* at this point, proceeding with *Diesque*. [9] *crebrae* V.

LI.

Item orationes monachorum[1].

B. Gerb. 279. Tu famulis tuis, quaesumus, Domine, bonos mores placatus institue, tu in eis quod tibi placitum sit dignanter infunde, ut et digni sint, et tua valeant beneficia promereri. Per.

Respice, quaesumus, Domine, famulos tuos, et in tua misericordia confidentes caelesti protege benignus auxilio. Per.

R. Gerb. 270. Pam. 438. Men. 239. cvi *infra*. Da famulis[2] tuis, quaesumus, Domine, in tua fide et sinceritate constantiam, ut in caritate divina firmati[3] nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per. γ

*Famulos tuos, quaesumus, Domine, tua semper gratia 721
benedicat, et inculpabiles ad vitam perducat aeternam. Per.

B. Gerb. 279. Famulos tuos, quaesumus, Domine, benignus intende, et eis dignanter pietatis tuae impende custodiam. Per.

Famulis tuis, quaesumus, Domine, sperata concede, et ab omnibus eos culpis excusa. Per.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et famulos tuos assidua protectione conserva; ut qui tibi iugiter famulantur, continua remuneratione ditentur[4]. Per.

[1] Two of the Prayers of this series appear in B. and Gerb. as additional Postcommunions for the *Missa in Monasterio.* The third is the Postcommunion of a *Missa pro salute vivorum* in cvi *infra*, and in Gerb. Pam. Men.
[2] R. Pam. Men. and V. in cvi *infra* insert *et famulabus.* [3] *formati* Pam.
[4] *ditentum* V.

LII.

Incipit actio nuptialis [1].

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem [2] humani generis ordinasti, benignus assiste; ut quod te auctore iungitur, te auxiliante servetur. [Per.]

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 263. Leon. 446. Gerb. 258.

Quaesumus, omnipotens Deus, instituta providentiae tuae pio favore comitare, et quos legitima societate connectis, longaeva pace custodi. Per. γ

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 263. Leon. 446. Gerb. 258.

Secreta.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hanc oblationem famularum tuarum *Illarum* [3], quam tibi offerunt pro famula tua *Illa*, quam ad statum maturitatis et ad diem nuptiarum perducere dignatus es, placidus ac benignus assume; ut quod tua dispositione expeditur [4], tua gratia compleatur. Per.

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 263. Gerb. 258.

V.D. Qui foedera nuptiarum blando concordiae iugo et insolubili pacis vinculo nexuisti, ut multiplicandis adoptionum filiis sanctorum connubiorum fecunditas pudica serviret. Tua enim, Domine, providentia, tuaque gratia ineffabilibus modis utrumque dispensat, ut quod generatio ad mundi edidit ornatum, regeneratio [5] ad ecclesiae perducat augmentum [6].

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 263.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem famularum tuarum *Illius* et *Illius* [7],
722 quam tibi offerunt pro famula tua *Illa* [8], quaesumus,
Domine, placatus accipias: pro qua maiestatem tuam supplices [9] exoramus, ut sicut eam ad aetatem nuptiis congruentem pervenire tribuisti, sic eam consortio maritali tuo munere copulatam desiderata sobole gaudere perficias [10] atque ad optatam seriem [11] cum suo coniuge provehas benignus annorum: diesque nostros [12].

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 264. Leon. 446.

Infra actionem ad tricesimum vel annualem nuptiarum.

Hanc igitur oblationem, Domine, famulorum tuorum *Illius* et *Illius* [13] quam tibi offerunt ob diem tricesimum

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 264.

coniunctionis suae, *vel* annualem, quo die eos iugali vinculo sociare dignatus es, placatus suscipias deprecamur: ob hoc igitur reddunt [14] tibi vota sua Deo vero et vivo, pro quibus tremendae pietati tuae supplices fundimus preces, ut pariter bene et pacifice [15] senescant, et videant filios filiorum suorum usque in [16] tertiam et quartam progeniem, et te benedicant omnibus diebus vitae suae. Per Christum Dominum nostrum. Quam oblationem tu, Deus.

Percomples canonem plenariam, et dicis orationem Dominicam, et sic eam benedicis his verbis [17].

Incipit oratio.

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 265.

Deus qui mundi crescentis exordio [18] multiplicata prole benedicis, propitiare supplicationibus nostris, et super hanc famulam tuam opem tuae benedictionis infunde; ut in iugali consortio affectu compari, mente consimili, sanctitate mutua copulentur. Per.

Incipit benedictio [19].

Mart. lib. I. cap. ix. Men. 265. Leon. 447.

Pater mundi conditor, nascentium genitor, multiplicandae originis institutor, qui Adae comitem tuis manibus addidisti, cuius ex ossibus ossa crescentia parem formam admirabili diversitate signarent; hinc ad totius multitudinis incrementum coniugalis thori iussa consortia, quo [20] totum inter se [21] saeculum colligarent, humani generis foedera nexuerunt. Sic enim tibi, Domine, placitum, sic necessa·rium fuit; ut [22], quia longe esset infirmius [23] quod homini 723
simile [24], quam quod tibi Deo [25] feceras, additus [26] fortiori [27] sexus infirmior, unum efficeret [28] ex duobus, et pari pignore soboles mixta manaret [29], dum per ordinem flueret digesta [30] posteritas, et priores ventura [31] sequerentur, nec ullum sibi finem in tam brevi termino, quamvis essent caduca, proponerent [32]. Ad haec igitur [datae sint leges instituta [33]] venturae. [Quapropter [33]] huius famulae tuae, Pater, rudimenta sanctifica [33], ut bono et prospero sociata consortio, legis aeternae iussa [34] custodiat, memineritque [35], Domine, non tantum ad licentiam coniugalem, sed ad observantiam fidei sanctorum pignorum delegatam [36]. Fidelis et casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis ut Rachel viro suo, sapiens ut Rebecca, longaeva et fidelis ut Sarra. Nihil ex hac subsitivus [37] ille

auctor praevaricationis usurpet: nixa [38] fidei mandatisque permaneat [39]; serviens Deo vero devota [40], muniat infirmitatem suam robore disciplinae; uni thoro iuncta, contactus vitae illicitos fugiat [41]. Sit verecundia [42] gravis, pudore venerabilis, doctrinis caelestibus erudita: sit fecunda in sobole, sit probata et innocens, et ad beatorum requiem atque [43] ad caelestia regna perveniat. Per.

Post haec dicis: Pax vobiscum: *Et sic eos communicas. Deinde postquam communicaverint, dicis super eos benedictionem his verbis*:

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus [44], iteratis precibus [45] te supplices exoramus pro quibus apud te supplicator [46] est Christus, coniunctiones famulorum tuorum fovere digneris: benedictiones tuas excipere mereantur, ut [47] filiorum successibus fecundentur: nuptias eorum sicut primi hominis [48] confirmare dignare: avertantur ab eis inimici omnes insidiae [49], ut sanctitatem patrum [50] etiam in ipso coniugio imitentur, qui providentia tua, Domine, coniungi meruerunt. Per. Mart. lib. I. cap. ix. Men. 266.

Item Postcommun.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, ut quod nostro ministratur [51] officio tua benedictione potius impleatur. Per. γ Mart. lib. I. cap. ix. Men. 264. Leon. 446.

[1] This section has been compared with the parallel portion of the Leonine Sacramentary, with the text of the Codex Remensis, as given by Menard, and with the *Ordo* given by Martène (*de Ant. Eccl. Rit.* lib. I. cap. ix) from V., Codex Remensis, and Codex Gellonensis. The two Collects and *Secreta* are also to be found in Gerbert's text. In Leon. the section is headed *Incipit velatio nuptialis*: the Secret is different from that of the later texts, and the Collects and Postcommunion occupy different positions. The Preface, the clause *infra actionem* for the commemoration of a past marriage, and the benediction after Communion are not contained in Leon. Nor has it the Collect which in the text precedes the benediction of the bride, for which it substitutes the first collect of the text. [2] *propagacione* V.; Leon. Mart. Men. Gerb. as text. [3] *famulorum tuorum* Mart.; V. Gerb. Men. as text. [4] *expetitur* Men. Gerb.; V. Mart. as text. [5] *generatio* Men.; V. Mart. as text. [6] Men. adds *Per Christum.* [7] *Illi et illas* V.; *Illorum et Illarum* Mart.; *Illarum* Men. [8] *Illi* V.; Men. omits the clause *quam tibi . . . Illa*; Mart. as text. [9] *suppliciter* Mart. [10] *proficias* V.; Men. Mart. as text. [11] *atque oblatam seriem* Men. [12] Men. omits *diesque nostros*, and goes on *Per Christum Dominum nostrum. Quam oblationem.* [13] *Illi et Illas* V.; *Illorum et Illarum* Men. Mart. [14] *reddant* Men. [15] *pacifici* V. Mart.; Men. as text. [16] *ad* Men. [17] For *et sic eam*, &c., Mart. has *et sic cantas benedictionis orationem his verbis.* [18] *exordium* Men. [19] This benediction is called by Tommasi '*oratio mendosissima*': while the Ballerini remark that this character attaches to it '*in omnibus MSS. Sacramentariis.*' In its original form, it most probably followed the model of the Eucharistic Preface, beginning with *Vere dignum et iustum est*: the sequence of its opening clauses is clearer if such an opening is

supplied: but it does not appear in any of the texts. [30] Men. omits *quo*. [31] Men. omits *se*. [32] *Sic enim tibi placitum necessario, ut* Leon.; *Sic enim tibi Domine placitum fuit sic enim necessarium fuit ut* Men.; V. Mart. as text. [33] *quia longe est et infirmus* V. Men.; *quia longe est et infirmius* Mart.; Leon. as text. [34] *quod homine similem* V. Mart.; *quod homini silem* Men.; Leon. as text. [35] Mart. omits *Deo*; V. has *quem* for *quam*. [36] *additur* Men. [37] *forciorae* V.; *fortiore* Mart. Men.; Leon. as text. [38] *ut unum efficeris* V. Mart.; *ut unum efficeras* Men.; Leon. as text. [39] *maneret* V. Mart. Men.; Leon. as text. [30] *tunc per ordinem flueret egesta* Mart. Men.; *tunc per ordinem flueret deiesta* V.; Leon. as text. [31] *ut in prioris ventura* Men.; V. Mart. Leon. as text (Leon. *ac* for *et*). [32] *posteritas* (for *postponerent*) Leon.; V. Men. Mart. as text. [33] Leon. omits the words in brackets, which are found with some variation in V. Men. Mart. In V. they appear as in the text, save that *datae* is written *date*. Men. Mart. have *legis*, and Men. has *ventura*. As it stands in any of these texts, the passage seems to need emendation: and it is not quite clear how it should be corrected. Menard proposes to read *data sunt legis instituta venturae*, and this gives an intelligible sense. But it seems improbable that the scribe of Leon. should have omitted not only the words which the other texts insert before *venturae*, but also the *quapropter* which follows it: and the additional words may be due to an attempt to emend an obscure passage. If there is an omission in the text of Leon., it seems possible that the original form was *Ad haec igitur datae sibi legis instituta venturae huius famulae tuae, Pater, rudimenta sanctifica.* The change of *sibi* into *sint* is not in itself impossible, and would have given some occasion for the insertion of *quapropter* by a later hand. [34] *iura* Leon. Men.; V. Mart. as text. [35] Leon. inserts *se*; V. Men. Mart. as text. [36] *observantiam Dei sanctorumque pignorum custodiae delegatam* Leon.; V. Mart. have *diligatam*, Men. *diligata*, otherwise as text. [37] *subsicivus* Leon.; *subdolus* Men. Mart.; V. as text. [38] *nexa* V. Men. Mart.; Leon. as text. [39] V. Men. Mart. insert *foeminarum* (wrongly following a previous clause); Leon. as text. [40] Leon. omits *serviens Deo vero devota*; the words are in V. Men. Mart., but it is not clear whether they should be connected with *permaneat* or with *muniat*. [41] Muratori in his edition of Leon. reads *contactus vitet illicitos* (omitting *fugiat*). In this he was following a suggestion of Bianchini, afterwards withdrawn by that editor. Leon. actually agrees with the other MSS. in the reading of the text. [42] *verecunda* V. Men.; Leon. Mart. as text. [43] *usque* V. Men. Mart.; Leon. as text. [44] Men. omits *aeterne Deus*. [45] *ritibus* Men. [46] *supplicatus* Men. [47] *et* Mart.; V. Men. as text. [48] *fecundentur, sicut plurimi omnes* Men.; V. Mart. as text. [49] *inimici insidiae omnipotens* Men.; V. Mart. as text. [50] *Patrem* Men. [51] *ut quod non ministrentur* Men.; V. Mart. as text.

LIII. 724

Oratio in Natale genuinum.

Omnipotens sempiterne Deus, totius conditor creaturae, preces nostras clementer exaudi, et annos famuli tui *Illius*, quem de maternis visceribus in hac vita[1] prodire[2] iussisti, prosperos plurimosque largire, ut omni[3] tibi exigat placiturus aetate[3]. Per Dominum nostrum.

Deus qui saeculorum omnium cursum ac momenta temporum regis, exaudi nos propitius, et concede ut famuli tui *Illius* cuius hodie natalem divini[4] celebramus consecratione mysterii, longaevam ei largiaris aetatem, quatenus fidei eius augmentum[5] multisque annorum curriculis haec solemnitatis devotio perseveret. Per.

Secreta.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hanc oblationem famuli tui *Illius*, quam tibi offert ob diem natalis sui genuinum, quo die eum[6] de maternis visceribus in hunc mundum nasci iussisti, placidus ac benignus assume. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Domine, famuli tui *Illius*, quam tibi offert ob[7] diem natalis sui[8] celebrans genuinum, quo die eum[6] de maternis visceribus in hunc mundum nasci iussisti, ad te cognoscendum Deum verum et vivum, placatus suscipias deprecamur: ob hoc igitur reddit tibi vota sua Deo vivo et vero: pro quo maiestati tuae supplices fundimus preces, ut adiicias ei annos et tempora vitae, ut per multa curricula annorum laetus tibi haec sua vota persolvat, atque ad optatam perveniat senectutem, et te benedicat omnibus diebus vitae suae. Per.

Postcommun.

Deus, vita fidelium, timentium te salvator et custos, qui famulum tuum *Illum* ad hanc diem natalis sui genuini, exemto anno, perducere dignatus es, gratiam in eo vitae protectoris augmenta, et dies eius annorum numerositate
725 multiplica, • ut te annuente, per felicem provectus aetatem, ad principatum caelestium gaudiorum pervenire mereatur. Per.

[1] *in hac vita*, so V. (ungrammatically). [2] *prodere* V. [3] *omne . . . aetate* V. (probably abl. for acc.). [4] *divinae* V. [5] *augmentum* so V., perhaps ungrammatically; Tommasi reads *augmento*. [6] *cum* V. [7] *ob* seems superfluous. [8] *suis* V.

LIV.

ORATIONES AD MISSAM PRO STERILITATE MULIERUM.

Deus, qui emortuam vulvam Sarraé ita per Abrahae semen fecundare dignatus es, ut ei etiam contra spem soboles nasceretur, preces famulae tuae *Illius*, pro suae sterilitate deprecantis[1], propitius respice, et ei[2] iuxta tenorem praecedentium patrum et fecunditatem tribuas, et filium quem donaveris benedicas. Per.

Deus, qui famulum tuum Isaac pro sterilitate coniugii sui te deprecantem exaudire, et conceptum Rebeccae donare dignatus es, preces famulae tuae *Illius* pro percipienda

prole benignus exaudi; ut firmamentum spei, quod in tua misericordia posuit, ei [2] ex percepto [3] munere quod postulat confirmetur. Per.

Deus, qui opprobrium sterilitatis a Rachel auferens, dum anxietate prolem quaereret meruit fecundare [4], concede propitius, ut famula tua *Illa* in earum feminarum [5] quae tibi placuerunt sortem fecunditatis accipiat, et quod fideliter a tua pietate deposcit obtineat. Per.

Omnipotens sempiterne Deus, qui continuum etiam post futuram [6] ad te precem gemitum Annae, dum eam fecundares, in gaudium convertisti, desiderium famulae tuae *Illius*, ut fecundetur, propitius perfice, et ad laudem gloriae tuae ab ea opprobrium sterilitatis benignus averte. Per.

Deus, cuius occulto consilio ideo Helisabeth sterilis uterus extitit, ut quandoque angelica potius voce fecundaretur, concede propitius ut sicut illa in Iudaico populo praecursorem Domini, ita famula tua *Illa* in filio, qui ad credulitatem tibi huius populi pure deserviat, fecundetur. Per.

Leofr. 229. Deus, qui anxietate [7] sterilium pie respiciens, in eis fecunditatem etiam in sua desperatione mirabiliter operaris, concede propitius ut famula tua illa de percipienda sobole, quod per se non valet, • servi tui Gregorii mereatur precibus 726
obtinere. Per.

Leofr. 229. Omnipotens sempiterne Deus, qui maternum affectum nec in ipsa sacra semper virgine Maria, quae Redemptorem nostrum genuit, denegasti, concede propitius ut eiusdem Dei genitricis precibus [8] famula tua *Illa* esse genitrix mereatur. Per.

Secreta.

Suscipe, Domine, preces nostras cum muneribus hostiarum, quas pro famula tua *Illa* clementiae tuae supplici mente deferimus; ut quia affectum filiorum maxime in matrum visceribus indidisti, maerorem infecunditatis ab ea submoveas, et ad concipiendam sobolem misericorditer benedicas. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae [tuae] [9], quam tibi offerimus pro famula tua *Illa*, quaesumus, Domine, ut placatus suscipias: pro qua maiestati tuae supplices fundimus preces, ut orationem eius

exaudias, et eius uterum vinculum sterilitatis absolvens[10], et prolem in qua nomen tuum benedicatur, concedas: diesque nostros.

Postcommun.

Caelestis vitae munus accipientes, quaesumus, omnipotens Deus, quod pro famula tua *Illa* deprecati sumus, clementer a tua pietate exaudiri mereatur. Per.

[1] *deprecantes* V. [2] *ea* V. [3] *praecepto* V.; Tommasi corrects as text. [4] *meruit fecundare*, so V.; perhaps *quae* should be inserted after *auferens*, and *fecundari* be substituted for *fecundare*. [5] *in earum feminarum* so V.; perhaps the simplest emendation would be the substitution of *instar* for *in*. [6] *continuum etiam post futuram*, so V.; perhaps for *continuo etiam post factam*. [7] *anxietatem* Leofr.; V. as text (ungrammatically). [8] *genetris praecis* V. [9] V. omits *tuae*. [10] *vinculum sterilitatis absolvens*, so V.; *vinculum* is apparently acc. for abl.; *absolvens* may be used ungrammatically for *absolvas*, or the *et* following may be wrongly inserted, or a clerical error for *ei*.

LV.

BENEDICTIO VIDUAE QUAE FUERIT CASTITATEM PROFESSA.

Consolare, Domine, hanc famulam tuam viduitatis languoribus[1] constrictam, sicut consolare dignatus es Sarapthenam viduam per Heliam[2] prophetam: concede ei pudicitiae fructum, ut antiquarum non meminerit voluptatum: nesciat etiam[3] incentiva desideria ut soli tibi subdat propria colla[4], quo possit pro laboribus tantis sexagesimum granum[5] percipere munus delectabile sanctitatis. Per. γ Gerb. ii. 93. Leofr. 227.

[1] *laboribus* Gerb.; *merore* Leofr.; V. as text. [2] *Helisea* Gerb.; V. Leofr. as text. [3] *enim* Gerb.; V. Leofr. as text. [4] *proprium collum* Leofr.; V. Gerb. as text. [5] *sexagisimum gradum* V.; *sexagesimo gradu* Gerb.; Leofr. as text.

727 **LVI.**

ORATIONES PRO PACE.

Deus, a quo sancta desideria, et[1] recta consilia et iusta sunt[1] opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda[2] mandatis tuis dedita, et, hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per. γ B. Pam. 445. Men. 205. cf. III. vii. *supra*.

Deus, conditor mundi, sub cuius arbitrio omnium[3] saeculorum ordo decurrit, adesto propitius[3] invocationibus nostris, et tranquillitatem pacis praesentibus concede [Gerb. 276 *n*.] Men. 206.

temporibus; ut in laudibus misericordiae tuae incessabili exultatione laetemur. Per. γ

Mur. II. 203 *n.* Deus, in te sperantium fortitudo, conserva in populis tuis quod es dignatus operare: [4] potentis misericordiae tuae ostende virtutem; ut qui superbe impetimur hostium feritate, tua mereamur pace gaudere. Per. γ

Secreta.

B. Pam. 445. Men. 206. Deus, qui credentes in te populos nullis sinis noceri [5] terroribus, dignare precibus et hostiis [6] dicatae tibi plebis suscipere, ut pax a [7] tua pietate concessa Romanos [8] fines ab omni hoste faciat esse securos. Per. γ

Postcommun.

B. Pam. 446. Men. 206. Deus, auctor pacis et amator, quem nosse vivere, cui servire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos; ut qui defensione tua fidimus [9], nullius hostilitatis arma timeamus. Per. γ

[Gerb. 276 *n.*] Men. 206. Deus, qui misericordiae tuae potentis auxilium [10] et prospera tribuis et adversa depellis, universa obstacula, quae servis tuis adversantur, expugna; ut, remoto terrore bellorum, et libertas [11] secura, [et] [12] religio sit quieta. Per. γ

[1] B. Pam. Men. omit *et* and *sunt*; V. as text. [2] B. Pam. Men. insert *nostra.* [3] Men. omits *omnium* and *propitius*; V. Gerb. as text. [4] Mur. inserts *et.* [5] *populis nullis sinis nocere* V.; *populos nullis sinis nocere* B.; *populos nullis sinis concuti* Pam. Men.; *nocere* in V. B. seems to be an error for the ungrammatical reading of the text. [6] *preces et hostias* B. Pam. Men.; V. as text (ungrammatically). [7] B¹ Pam. Men. omit *a*; V. B² as text. [8] *Christianorum* B¹ Pam. Men.; *Christianos* B²; V. as text. [9] *in defensione tua confidimus* B. Pam.; *in defensione tua fidimus* Men.; *defensione tua fidemus* V. [10] *potenti auxilio* Gerb.; *potentis auxilio* Men.; V. as text (ungrammatically). [11] Gerb. inserts *sit*; V. Men. as text. [12] V. omits *et*, which is inserted from Gerb. Men.

LVII.

ORATIONES TEMPORE BELLI [1].

Men. 204. Deus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia [2] tuae defensionis expugnas, auxiliare implorantibus misericordiam tuam; ut omnium gentium feritate compressa, indefessa te gratiarum actione laudemus [3]. Per. γ

B. Pam. 444. Men. 204. • Deus, regnorum omnium regumque dominator, qui nos 728
et [4] percutiendo sanas, et ignoscendo conservas, praetende nobis [5] misericordiam tuam; ut tranquillitatem [6] pacis tua

potestate firmati[7] ad remedia correctionis utamur. Per Dominum nostrum. γ

Deus, cuius regnum[8] est omnium saeculorum, supplicationes nostras clementer exaudi, et Romanorum[9] regnum tibi subditum protege principatum[10]; ut in tua virtute fidentes, et tibi placeant, et super omnia regna praecellant. Per. γ Men. 204.

Secreta.

Sacrificium, Domine, quod immolamus[11] intende; ut ab omni nos exuat bellorum nequitia, et in tuae protectionis securitate constituat. Per. γ B. Pam. 444. Men. 204.

Postcommun.

Sacrosancti corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi refectione vegetati, supplices te rogamus, omnipotens Deus, ut hoc remedio singulari ab omnium peccatorum nos contagione purifices, et a periculorum munias incursione cunctorum. Per. γ Pam. 444. Men. 204.

[1] *bellis* V. [2] *potentiae* V.; Men. as text. [3] *laudemur* V. [4] B. omits *et*. [5] B. omits *nobis*. [6] *tranquillitate* B. Pam. Men.; V. as text (ungrammatically). [7] *firmata* B. Pam. Men.; V. as text. [8] Men. repeats *regnum*. [9] *Christianorum* Men. [10] So V.; Men. omits *principatum* which seems superfluous: Tommasi read *Romanorum regum*; V. Men. however agree in favour of *regnum*, for which *principatum* may have been an alternative reading. But the word *principatum* occurs twice again in lx *infra*, once in the same context as here, and once where it is clearly equivalent to *principum*. It seems possible that in all three passages the word is to be explained as the genitive of *principates* = *principes*. [11] *immolamur* V.

LVIII.

ITEM ALIA MISSA.

Contere, quaesumus, Domine, hostes populi tui, et delicta nostra, quorum merito nobis dominantur, emunda; ut quum, te placito, puritatem[1] mentibus nostris infunderis, largiaris et pacem. Per. Leon. 357.

Hostium nostrorum, quaesumus, Domine, elide superbiam, et dexterae tuae virtute prosterne. Per Dominum nostrum. γ Men. 205.

Omnipotens Deus, Romani[2] nominis inimicos virtute, quaesumus, tuae comprime maiestatis; ut populus tuus et fidei integritate laetetur, et temporum tranquillitate semper exultet. Per. γ Pam. 444.

T

Secreta.

Pam. 445. Men. 205.

Huius, Domine, quaesumus, virtute mysterii et a nostris mundemur occultis, et ab inimicorum liberemur insidiis. Per. γ

Postcommun. 729

Pam. 445. Men. 205. Leon. 356.

Vivificet nos, quaesumus, Domine, participatio tui sancta mysterii[3], et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per. γ

[1] *tibi placitam puritatem* Leon.; *te placito puritate* V. [2] *Christiani* Pam. [3] *tui sancta misteriis* V.; Leon. Pam. Men. as text.

LIX.

ITEM ALIA MISSA.

Deus, qui regnis omnibus aeternis[1] dominaris imperio, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, et Romani regni adesto principibus; ut tua tranquillitatem clementer[2] tua sint semper virtute victores. Per.

Leon. 450.

Propitiare, Domine, in te sperantibus[3] populis, et ad custodiam[4] Romani nominis dexteram tuae protectionis ostende[5]; ut regnum maiestati tuae deditum tua semper sit virtute defensum. Per.

cf. Men. 205.

Deus, qui sub tuae maiestatis arbitrio omnium regnorum contines potestatem, Romani imperii propitiare principibus; ut qui tua expectant protectione defendi omnibus sint hostibus fortiores. Per.

Secreta.

R.S.(*alibi.*) Gerb. 191. Pam. 414. Men. 185. xxxii *supra.*

Suscipe, Domine, propitius[6] hostias, quibus et te placari[7] voluisti, et nobis salutem potenti[8] pietate restitui. Per. γ

Postcommun.

Leon. 371. R.S.(*alibi.*) Gerb. 58, 278. Pam. 239. I. xxvii *supra.*

Adesto, Domine, populis qui sacra mysteria[9] contigerunt; ut nullis periculis affligantur qui te protectore[10] confidunt. Per.

[1] *aeternis* so V., probably for *aeterno.* [2] *tua tranquillitatem clementer* so V., perhaps for *tua tranquillitate clementes.* [3] *confidentibus* Leon. [4] *a custodia* V.; Leon. as text. [5] *extende* Leon.; V. as text. [6] *propitiatus* V. in xxxii *supra*, R. [7] *placare* V. [8] *potentie* V. [9] *donaria* Leon. [10] *in te protectorem* Gerb. 278.

LX.

Item alia Missa.

Deus, qui providentia tua caelestia simul et terrena moderaris, propitiare Romanis [1] rebus et regibus; ut omnis hostium fortitudo, te pro nobis pugnante, frangatur. Per. γ Pam. 445. Men. 205.

Deus, servientium tibi fortitudo regnorum, propitius Romani nominis esto [2] principibus; ut quorum tibi subiecta est humilitas, eorum ubique excellentior sit potestas. Per. γ Men. 205.

Deus, cuius regnum nulla saecula praevenerunt, nulla conclaudunt, supplicationes nostras clementer exaudi, et
730 Romanorum regnum tibi subditum protege principatum [3]; ut in tua virtute fidentes omnibus sint hostibus fortiores. Per.

Secreta.

Propitiare, Domine, preces et hostias [4] famulorum tuorum, et propter nomen tuum Romani imperii [5] defende rectores; ut salus servientium tibi principatum [6] pax tuorum possit esse populorum. Per. γ Pam. 445. Men. 205.

Postcommun.

Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et corporis [7] et spiritalibus enutriens alimentis, a cunctis hostibus redde securos. Per. γ Pam. 445. Men. 205. Leon. 370.

[1] *Christianorum* Pam. Men. [2] *propitius Christianorum adesto* Men. [3] See note [10] on lvii *supra*. [4] *precibus et hostiis* Pam. Men.; V. as text (ungrammatically). [5] *Christiani nominis* (for *Romani imperii*) Pam. Men. [6] *principum* Pam. Men.; V. as text (see note [10] on lvii *supra*). [7] *subsidiis pasce corporeis* Leon.; V. Pam. Men. as text. The alteration has been made, very possibly, to fit the Postcommunion for its place in V. Pam. Men. by the mention of peace.

LXI.

Item alia Missa.

Deus, in te sperantium salus, et servientium fortitudo, suscipe propitius preces nostras, et Romani imperii adesto rectoribus; ut, tuis consiliis inspirati, tuae opitulatione muniti, adversum omnia resistere sibi [1] arma praevaleant. Per.

Deus, et temporalis vitae auctor et aeternae, miserere supplicum in tua protectione fidentium, ut per virtute [2]

brachii tui omnibus qui nobis adversantur revictis, nec in terrenis nec a caelestibus possimus excludi. [Per.]

Omnipotens sempiterne Deus, miserere supplicum in tua protectione fidentium, et propter gloriam nominis tui barbararum[3] gentium comprime feritatem; ut dexterae tuae virtute defensi, liberis tibi mentibus serviamus. Per.

Secreta.

B. Gerb. 277. Deus, qui subiectas tibi glorificas potestates, suscipe propitius oblationes nostras, et Romanis[4] vires adde principibus, ut qui se dextera tua expetunt protegi[5], nulla possint adversitate superari. Per.

Postcommun.

Leon. 375. Fidelem populum, quaesumus, Domine, potentiae tuae muniat invicta defensio[6]; ut pio semper tibi devotus affectu, et ab infestis liberetur inimicis, et in tua iugiter gratia perseveret. Per.

Item alia. 731

Gerb. 277. Populi tui, quaesumus, omnipotens Deus, propitiare peccatis, et totius hostilitatis a nobis errores[7] averte; ut Romani[8] nominis secura libertas in tua devotione semper exultet. Per.

Leofr. 186. Protector noster aspice, Deus, et ab hostium[9] nos defende periculis; ut omni perturbatione submota, liberis tibi mentibus serviamus. Per.

[1] *resistere sibi* so V., perhaps for *resistentia sibi*. [2] *virtute so* V. (ungrammatically). [3] *barbarum* V. [4] *Christianis* B. Gerb. [5] *expedint protege* V.; B. Gerb. as text. [6] Leon. inserts a clause, omitted by V. [7] *terrores* Gerb.; V. as text. [8] *Christiani* Gerb. [9] *a paganorum* Leofr.

LXII.

Item Missa pro Regibus.

R. Gerb. 276. Pam. 426. B. Deus, regnorum omnium et Romani[1] maxime protector imperii, da servis tuis regibus nostris *Illis*[2] triumphum virtutis tuae scienter excolere; ut cuius[3] constitutione sunt principes[4], eius[3] semper munere sint potentes[4]. Per. γ

Gerb. 277. B. Deus in cuius manu corda sunt regum, inclina ad preces humilitatis nostrae aures misericordiae tuae, et principibus nostris famulis tuis *Illis*[5] regimen tuae appone sapientiae;

ut haustis de tuo fonte consiliis, et tibi placeant[6], et super omnia regna praecellant[7]. Per. γ

Secreta.

Suscipe, Domine, preces et hostias ecclesiae tuae, pro R.
salute famuli tui *Illius* supplicantis, et[8] protectione fidelium Gerb. 277. Pam. 427.
populorum antiqua brachii tui operare miracula[9]; ut[10] B.
superatis pacis inimicis, secura tibi serviat Romana[11] libertas. Per. γ

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, Domine, famuli tui *Illius*, quam R.
tibi ministerio officii sacerdotalis offerimus, pro eo quod in Gerb. 277. Pam. 427.
ipsum[12] potestatem imperii conferre dignatus es, propitius et benignus assume; et, exoratus nostra obsecratione, concede ut maiestatis tuae protectione confidens et aevo augeatur et regno. Per. γ

Postcommun.

Deus, qui praedicando aeterni regni evangelio[13] Romanum R.
imperium praeparasti[14], praetende famulis tuis *Illis* prin- Gerb. 277. Pam. 427.
732 cipibus nostris arma caelestia; ut[15] pax ecclesiarum B.
nulla[16] turbetur tempestate bellorum. Per Dominum. γ

[1] *Christiani* B. Pam.; V. R. as text. [2] *servo tuo imperatori nostro N.* B. [3] *ut qui tua . . . tuo* B. Pam.; V. R. as text. [4] *est princeps . . . sit potens* B. [5] *imperatori nostro famulo tuo N.* B. [6] *placeat* B. [7] *praecellat* B.; Gerb. substitutes for this clause *et tua semper beneficia consequantur.* [8] R. inserts *in.* [9] *brachio tuo operante miracula* R.; V. Pam. as text; B. omits *operare.* [10] *et* V. [11] *Christiana* (for *Romana*) B. Pam.; *Christianorum Romana* R. [12] *ipso* Pam.; V. R. as text. [13] *ad praedicandum aeterni regis evangelium* Pam.; V. R. B. as text. [14] *Christianum imperium dilatasti* B. [15] *et* V. [16] *nullo* V. R.

LXIII.

Missa contra iudices male agentes[1].

Ecclesiae tuae, Domine, preces[2] placatus admitte; ut Pam. 448.
destitutis adversitatibus[3] universis secura tibi serviat liber- Leon. 352.
tate. Per. γ

Secreta.

Protege nos, Domine, quaesumus, tuis mysteriis ser- Pam. 448.
vientes; ut divinis rebus et corpore famulemur et mente. Leon. 379.
Per. γ

Postcommun.

Pam. 448. Leon. 363. Quaesumus, Domine Deus noster, ut quos divina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dominum.

[1] *agentibus* V. [2] *voces* Leon.; V. Pam. as text. [3] *ut destructis adversantibus* Leon.; *et distitutis adversitatibus* V.; Pam. as text.

LXIV.

Item alia Missa.

Leon. 352. Praesta, Domine, quaesumus, ut toto tibi corde subiecti timentium voluntatum respuamus affectus[1]. Per.

Secreta.

Hostias, Domine, quaesumus, quas immolamus placatus assume et pro nostri[2] expiatione peccati et pro acceleratione caelestis auxilii. Per.

Postcommun.

I. xxvii *supra*. Pam. 238. Da plebi tuae, Domine, piae semper devotionis affectum; ut quae prava sunt respuens, sancta conversatione firmetur, et a peccatis libera nullis adversitatibus atteratur. Per.

Praesta, quaesumus, Domine, ut ecclesia tua prompta tibi voluntate deserviat; quia propensius audiri poterit et defendi, quum eam tibi digne praestiteris famulari. Per.

[1] *afflatus* Leon. [2] *nostris* V.

LXV.

Orationes in contentione ad Missas.

Pam. 447. Leon. 353. Omnipotens sempiterne Deus, qui superbis resistis et gratiam praestas • humilibus, tribue, quaesumus, ut non 733
indignationem tuam provocemus elati, sed propitiationis tuae capiamus dona subiecti. Per. γ

Concede nobis, misericors Deus, et studia perversa deponere, et sanctam semper amare iustitiam. Per.

Secreta.

Pam. 447. Ab omni reatu nos, Domine, sancta quae tractamus absolvant[1], et eadem[2] muniant a[3] totius pravitatis incursu. Per. γ

Postcommun.

Quos refecisti, Domine, caelesti mysterio, propriis alienis- Pam. 447.
que, quaesumus[4], propitiatus absolve delictis, ut[5] divino Leon. 357.
munere purificatis mentibus perfruamur. Per. γ

[1] *absolvat* V. [2] *ad eadem* V. [3] *ad* V. [4] *propriis alienis quaesumus* V.; *propriis et alienis quaesumus* Pam.; Leon. as text. [5] *et* V.; Pam. Leon. as text.

LXVI.

Item alia Missa.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut semper rationabilia meditantes, quae tibi sunt placita et dictis exequamur et factis. Per. γ Pam. 447.

Deus, qui unanimes nos in domo tua praecipis habitare, dissensionum causas placatus depelle nostrarum[1], ut competentibus adiuti subsidiis, te largiente, possimus esse concordes. Per.

Concede nobis, omnipotens Deus, ut despectis falsitatibus iniquarum[2], quae animae nostrae conveniunt rationabilia exequamur. Per Dominum.

Secreta.

Suppliciter te rogamus, Domine Deus noster, ut huius operatione mysterii[3] et vitia nostra purgentur, et iusta desideria compleantur. Per Dominum.

Postcommun.

Sanctificationem tuam nobis, Domine, his mysteriis placatus operare, quae nos et a terrenis purgent[4] vitiis, et ad caelestia dona perducant[4]. Per Dominum. γ Leon. 358.

[1] *nostrum* V. [2] *iniquarum* so V. (perhaps with an accidental omission of *mentium*; see the first Collect of the following section). [3] *operationem mysterii* V. (perhaps ungrammatically, but not improbably by error of the scribe). [4] *purget . . . perducat* Leon.; V. as text.

LXVII.

734 Orationes ad Missam contra obloquentes.

Praesta, quaesumus, Domine, ut mentium reprobarum[1] Pam. 448.
non curemus obloquium, sed eadem pravitate calcata, Leofr. 184. cf. Leon.
exoramus ut nec terreri[2] nos lacerationibus pateris[3] in- 442.

iustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare quae praecipis. Per. γ

Conspirantes, Domine, contra tuae plenitudinis firmamentum, dexterae tuae virtute prosterne; ut iustitiae non dominetur iniquitas, sed subdatur semper falsitas veritati. Per.

Secreta.

Pam. 448. Leofr. 184. Oblatio, Domine, tuis aspectibus immolanda, quaesumus ut et nos ab[4] omnibus vitiis potenter absolvat, et a cunctis defendat inimicis. Per. γ

Postcommun.

Pam. 448. Leofr. 184. Praesta, Domine, quaesumus, ut per haec sancta quae sumpsimus, dissimulatis[5] lacerationibus improborum, eadem gubernante[6], quae recta sunt cautius exequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ

[1] *reproborum* Pam. Leofr.; V. Leon. as text. [2] *terrere* V.; Pam. Leofr. as text. The Collect in Leon. does not agree further than *calcata*. [3] *patiaris* Pam. Leofr.; V. as text (ungrammatically). [4] *in* V.; Pam. Leofr. as text. [5] *desimulatis* V. [6] *eadem gubernante* so V.; Pam. Leofr. have *eadem te gubernante*, which seems like an ineffectual attempt to correct the corrupt reading of the text.

LXVIII.

Orationes ad Missas pro irreligiosis.

Deus, qui fidelium devotione laetaris, populum tuum, quaesumus, sanctis tuis fac esse devotum; ut qui ab eorum officio[1] impia pravitate mentis abscedunt, per tuam conversi gratiam, diaboli, quibus capti tenentur, laqueis resipiscant. Per.

Deus, qui infideles deseris, et iuste indevotis irasceris, populum tuum, quaesumus, converte propitius: ut qui te per duritiam irreligiosae[2] mentis semper offendunt, ad sanctorum beneficia promerenda, tuae miserationis gratia inspirante, convertas. Per.

Secreta.

Cor populi tui, quaesumus, Domine, converte propitius, ut ab his muneribus non recedant, quibusque[3] maiestatem tuam magnificare[4] deposcimus. Per.

735 **Postcommun.**

Da nobis, quaesumus, Domine [5], ambire quae recta sunt, Leon. 351.
et vitare quae noxia; ut sancta quae capimus, non ad iudicium nobis, sed potius proficiant [6] ad medelam. Per.

Ad Populum.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris [7], et nihil de S. (*alibi.*)
sua conscientia praesumentibus ineffabili miseratione suc- Gerb. 239. xvii *supra.*
curre; ut quod non habet fiducia meritorum, tua [8] conferat [9] largitas invicta donorum. Per.

[1] *offitia* V. [2] *in relegiosae* V. [3] *quibusquae* V., probably for the reading of the text, with the sense of *quibus et.* [4] *magnificare* so V., probably for *magnificari.* [5] *Domine quaesumus* Leon. [6] *proficiant potius* Leon. [7] *supplicibus tuis* V. in xvii *supra*, S.; V. here, Gerb. as text. [8] *tuorum* S[2] Gerb.; V. S[1] as text. [9] *consecret* V. in xvii *supra*, S.; V. here, Gerb. as text.

LXIX.

ORATIO SUPER INFIRMUM IN DOMO.

Deus, qui facturae tuae pio semper dominaris affectu, R.
inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum Gerb. 300. Pam. 453.
tuum ex adversa valetudine [1] corporis laborantem [2] placidus [3] Men. 235.
respice, et visita in salutari tuo, et [4] caelestis gratiae praesta medicinam. Per. γ

Deus, qui humani generis et salutis remedii [5] vitae R.
aeternae munera contulisti, conserva famulo tuo tuarum Gerb. 310. Pam. 453.
dona virtutum, et concede ut medelam tuam non solum in Men. 235.
corpore sed etiam in anima sentiat. Per. γ

Virtutum caelestium Deus, qui ab [6] humanis corporibus Pam. 453.
omnem languorem et omnem infirmitatem praecepti tui Men. 235.
potestate depellis, adesto propitius huic servo tuo; ut fugatis infirmitatibus et viribus revocatis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per. γ

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui Pam. 453.
fragilitatem conditionis nostrae infusa virtutis tuae dig- Men. 235.
natione confirmas, ut salutaribus remediis pietatis tuae corpora nostra et membra vegetentur, super hunc famulum tuum propitiatus intende; ut omni necessitate corporea [7] infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecta reparetur. Per. γ

[1] *adversam valetudinem* V.; R. Pam. Men. as text. [2] *laborante* V.; R. Pam. Men. as text. [3] *placatus* Pam. Men.; *placitus* R.; V. as text. [4] *ac* Pam. Men. [5] *humani generis et salutis remedii* so V. R. (ungrammatically); R. adds *et* before *vitae*; Pam. Men. have *humano generi et salutis remedium et*. [6] *in* Pam.; V. Men. as text. [7] *corporeae* Pam. Men.; V. as text.

LXX.

Item orationes ad Missam pro infirmum[1].

R. Gerb. 311. Pam. 453. Men. 240.

Omnipotens sempiterne Deus, salus aeterna credentium, exaudi nos pro • famulis tuis *Illis*, pro quibus misericordiae 736 tuae imploramus auxilium[2]; ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi in ecclesia tua referant actionem. Per. γ

Omnipotens sempiterne Deus, qui aegritudines et animorum depellis et corporum, auxilii tui super infirmos nostros ostende virtutem; ut ope misericordiae tuae ad omnia pietatis tuae reparentur officia. Per.

Secreta.

R. Gerb. 311. Pam. 454. Men. 240.

Deus, sub[3] cuius nutibus vitae nostrae momenta decurrunt, suscipe preces et hostias famulorum[4] famularumque tuarum, pro quibus misericordiam tuam aegrotantibus imploramus; ut de quorum periculo metuimus, de eorum salute laetemur. Per.

Postcommun.

R. Gerb. 311. Pam. 454. Men. 240.

Deus, infirmitatis humanae singulare praesidium, auxilii tui super infirmos nostros ostende virtutem; ut ope misericordiae tuae adiuti[5], ecclesiae tuae sanctae repraesentari mereantur. Per Dominum nostrum. γ

[1] *infirmum* so V. (ungrammatically). [2] *auxilio* V. (ungrammatically); R. Pam. Men. as text. [3] R. Pam. omit *sub*; V. Men. as text. [4] V. inserts *et*; Men. has *famulorum tuorum*. [5] R. omits *adiuti ecclesiae tuae*.

LXXI.

Oratio pro reddita sanitate.

R. Gerb. 312. Pam. 454.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam[1] aegris infundendo corporibus facturam tuam multiplici[2] pietate custodis, ad invocationem nominis tui benignus assiste, et hunc famulum tuum liberatum aegritudine et sanitate donatum[3] dextera tua erigas,

virtute confirmes, potestate tuearis, ecclesiae tuae sanctisque altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Dominum nostrum. γ

[1] *benedictionis tuae gratiae* R.; V. Pam. as text. [2] *multiplicas* V.; R. Pam. as text. [3] *liberatam egritudinem et sanitatem donatam* V.; *liberatum aegritudine et sanitatem donatam* R.; Pam. as text.

LXXII.

Orationes intrantibus in domo[1], sive benedictio.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et famulos
737 tuos, quos caritatis visitamus * officiis, gratiae tuae largitate locupleta; ut in eorum prosperitate continua gaudeamus. Per Dominum.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et humilitatis nostrae officiis gratiae[2] tuae visitationis admisce; ut quorum adimus habitacula, tu in eorum tibi cordibus facias mansionem. Per Dominum nostrum.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hanc domum Pam. 465. Men. 234.
serenis oculis tuae pietatis illustra: descendat super habitantes in ea gratiae tuae larga benedictio; ut his manufactis cum salubritate manentibus[3], ipsi tuum semper sint habitaculum. Per Dominum. γ

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Pam. 466. Men. 234.
Deus, ut si qua sunt adversa, si qua contraria in hac domo famuli tui *Illius*, auctoritate maiestatis tuae pellantur. Per Dominum nostrum.

[1] *in domo*, so V. (probably ungrammatically for *in domum*). The third and fourth prayers of this series appear in Pam. Men. with the title *Benedictio domus*. [2] *gratiae* so V., probably for *gratiam*. [3] *in his manufactis cum salubritate manentes* Pam.; *in his manufactis cum salubritate manentibus* Men.; V. as text, perhaps for the reading of Pam.; but the text gives a sense as it stands.

LXXIII.

Item orationes ad Missas.

Protector in te sperantium Deus, et subditarum tibi R. Gerb. 307. Sacr. Gall. 916.
mentium custos, habitantibus in hac domo famulis tuis propitius adesse dignare: veniat super eos speratae[1] a te benedictionis ubertas[2], et pietatis tuae repleti muneribus, in tua gratia et in tuo nomine laeti semper exultent. Per.

Protector fidelium Deus, et subditarum tibi mentium frequentator, habitantibus in hac domo famulis tuis propitius adesse digneris; ut quos nos humana visitamus sollicitudine tu divina munias potestate. Per.

Secreta.

R. Gerb. 307. Sacr. Gall. 916. cf. lxxx *infra*.

Suscipe, Domine, quaesumus, preces et hostias famulorum tuorum, et muro custodiae tuae hanc domum circumda; ut omni adversitate depulsa sic hoc semper domicilium incolumitatis et pacis. Per.

Infra actionem.

R. Gerb. 307.

Hanc igitur oblationem, [Domine[3],] famuli tui *Illius* quam tibi offert pro votis et desideriis suis, atque[4] pro incolumitate domus suae, placatus suscipias deprecamur: pro quo in hac habitatione auxilium tuae maiestatis deposco, ut mittere ei digneris angelum tuum sanctum, ad custodiendos omnes in hac habitatione [consistentes[3]]. Per.

Postcommun.

R. Gerb. 307.

Omnipotens sempiterne Deus, qui facis • mirabilia magna 738
solus, praetende super hos famulos [tuos[3]] degentes in hac domo spiritum gratiae salutaris; et ut complaceant tibi, Deus, in veritate tua, perpetuum eis rorem tuae benedictionis effunde. Per. γ

R. Gerb. 307. cf. Sacr. Gall. 916.

Omnipotens sempiterne Deus, insere te[5] officiis nostris, et in hac[6] manentibus domo[6] praesentiae tuae concede custodiam; ut familiae tuae defensor, et totius habitaculi huius habitator appareas. Per.

[1] *spirante* V.; *sperantes* Sacr. Gall.; *spirate* R.; Gerb. as text. [2] *benedictio ne subvertas* Sacr. Gall.; *benedictio ubertas* V.; R. Gerb. as text. [3] V. omits the words in brackets, which are restored from R. [4] *atque et* V. [5] *in certe* R.; *in secretis* Sacr. Gall. (where the words connect with what precedes, in the opening of a *Contestatio*); V. as text. [6] *hanc . . . domum* V. Sacr. Gall. (ungrammatically); R. as text.

LXXIV.

ORATIONES SUPER VENIENTES IN DOMO[1].

Pam. 441.

Deus humilium visitator qui nos fraterna dignatione[2] consolaris, praetende societati nostrae gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuumque nobis[3] sentiamus adventum. Per. γ

Deus qui nobis in famulis tuis praesentiae tuae signa manifestas, mitte super nos spiritum caritatis, ut in adventu fratrum conservorumque nostrorum gratia nobis tuae largitatis augeatur. Per Dominum.

[1] So V. (probably ungrammatically). The first of the two prayers has in Pam. the heading *Oratio in adventu fratrum supervenientium.* [2] *dilectione* Pam. [3] *tuum nobis* Pam.; V. as text, probably in the sense of *et tuum nobis.*

LXXV.

Benedictio aquae spargendae in domo.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quaeque sacramenta in aquarum substantia[1] condidisti, adesto[2] invocationibus nostris, et elemento huic, multimodis purificationibus praeparato, virtutem tuae benedictionis[3] infunde, ut creatura mysteriis tuis serviens[4] ad abiciendos[5] daemones morbosque pellendos divinae gratiae sumat effectus[6], ut quidquid in locis [vel][7] in domibus fidelium haec unda resperserit[8] careat immunditia, liberetur a noxia[9]: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: abscedant omnes insidiae latentes[10] inimici; et si quid est quod incolumitati habitantium invideat[11] aut quieti[12], aspersione huius aquae[13] effugiat, ut salubritas per invocationem tui nominis expetita[14] ab omni[15] sit impugnatione[15] defensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. γ

Pam. 464. Men. 233. Sacr. Gall. 953. cf. Stowe M. 211.

[1] *substantiam* Pam. Men.; V. Sacr. Gall. as text. [2] Pam. inserts *propitius.* [3] *virtutis tuae benedictionem* Sacr. Gall. [4] *mysterii tui tibi serviens* Men. [5] *ablegandos* Sacr. Gall. [6] *effectum* Pam. Men. Sacr. Gall.; V. as text. [7] V. omits *vel*; Sacr. Gall. omits *in locis vel*; Pam. Men. have *in domibus vel in locis.* [8] *asparserit* Sacr. Gall. [9] *noxia,* so V. Sacr. Gall. (for *noxa* which is the reading of Pam. Men.). [10] *latentes insidiae* Sacr. Gall.; *insidiae latentis* Pam. Men.; V. as text. [11] *invidet* Pam. Men.; V. Sacr. Gall. as text. [12] *saluti* Sacr. Gall. [13] *aquae huius* Sacr. Gall. [14] *expedita* V.; Pam. Men. as text; Sacr. Gall. has *per invocationem sancti nominis permaneat impugnatione defensa.* [15] *omnibus . . . impugnationibus* Pam. Men.; V. as text.

LXXVI.

739 ### Item alia[1].

Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii eius, et Spiritus

cf. I. lxxv *supra.*

sancti. Omnis virtus adversarii, omnis incursio diaboli, omne phantasma, [omnem inimici potestatem[2]] eradicare et effugare ab hac creatura aquae. Unde exorcizo te, creatura aquae, per Deum verum et per Deum vivum, per Deum sanctum, et per Dominum nostrum Iesum Christum, ut efficiaris aqua sancta, aqua benedicta, ut ubicumque effusa fueris, vel aspersa, sive in domo, sive in agro, effuges omnem phantasiam, omnem inimici potestatem: Spiritus sanctus habitet in domo hac. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

Item ad consparsum faciendum.

cf. Pam. 465. cf. Men. 234.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere dignare angelum tuum sanctum de caelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, et defendat omnes habitantes in hanc habitaculum famuli tui *Illius*[3]: et praesta, quaesumus, ut sanctificatio sit domui huius noster[4] introitus. Donet cunctis intra eum habitu constitutos divinarum beatitudine largitatem, dominis ac familiae gubernaculum, ad custodiendam obedientiam et irreprehensibilem disciplinam, infantibus bonae indolis gratiam, adultis immaculatam adolescentiam, senibus sanctam seriae conversationis aetatem, omnibusque longam ac sibi placitam senectutem: et ita patrocinantibus sanctis perenni domui huic beatitudinem praestet, ut iugi super eam angelicae protectionis custodia perseveret. Per Dominum. γ

Post haec benedicet sal, et dicit

R. Gerb. 306. cf. Sacr. Gall. 953. cf. Drum. Miss. I.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, qui te per Heliseum in aqua mitti iussit ut sanaretur sterilitas[5]; qui divini[6] oris sui voce discipulis[7] ait, Vos estis sal terrae; et per * apostolum inquit[8], Cor 740
vestrum sale sit conditum[9]. Ideoque efficiaris[10] sal exorcizatum, ut omnes qui[11] te sumpserint sis eis animae tutamentum, atque huic domui [protectio[12]] in remissione[13] peccatorum, in sanitate[13] mentis, in protectione[13] animae, et confirmatione[13] salutis, ad expellendas et excludendas omnes daemonum tentationes, in nomine Dei Patris omnipotentis, et Iesu Christi Filii eius[14], qui venturus est iudicare[15] saeculum per ignem. Per.[16]

Deinde mittis ipsum sal in aqua, et exsufflas in ea, et dicis

Deus qui ad salutem humani generis maxima quaeque sacramenta in aquarum substantia condidisti, *et caetera sicut superius scriptum est.*

Hic mittis vinum in ipsa aqua, et benedic eam: dic:

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, exaudi precem meam, sicut exaudire dignatus es famulum tuum Moysen in mari[17] rubro hoc quod Pharao in populo tuo exercebat, ipse marinus exercitus negaretur. Sic et Heliseus sacerdos, quum populus tuus aquam gustare non posset, eo quod esset amara, salem accepit, et proiecit ad exitus aquarum et benedixit eam, et dixit, Sanavit Dominus aquas istas; non erit ex eis moriens, neque infirmans; et sanatae sunt aquae illae. Ita tu, Domine, dignare sanare aquas istas, ut ubicumque aspersae fuerint per angulos domus, ubi inimicus celatus fuerit, statim arreptus[18] effugiat; et sit illi, Domine, hanc aquam aspersionis velut clibanus ardens ignis inextinguibilis. Sit nobis, Domine, haec aqua aspersionis aqua virtutis, aqua refrigerans, diaboli ritu[19] ut liberati hospitales agamus tibi, Domine, Pater omnipotens, laudes et gratias. Per Dominum nostrum.

Post haec mittis oleo sanctificato in aqua, et sic aspergis ea cum hyssopo per domus.

Orationes pro aspersione aquae.

Deum omnipotentem, fratres carissimi, in cuius domum mansiones multae sunt, supplices deprecemur ut habitaculum istum una cum habitatoribus benedicere • atque custodire 741
dignetur, tenebras ab ea repellat, lumen infundat, nullam saevienti adversario tribuat potestatem; sed propria Deo dicata sit domus, ut nullam in ea inimicus licentiam habeat nocendi, per virtutem et nomen Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare saeculum per ignem. Per Dominum[16].

Benedic huic domui, Domine, benedic dominis domus huius; respice de caelo, et vide oculos misericordiae tuae; aperi aures pietatis tuae, et inclina super habitaculo isto atque habitatoribus suis, et mitte custodem angelum in circuitu supplicantium, qui in lateribus domus istius iugiter excubet, et ad custodiam illius perpetuo perseveret, cuius

sit obumbratio salus omnium et patrocinium, beatitudo cunctorum. Per Dominum nostrum.

Benedic, Domine, hanc domum et omnes habitantes in ea, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac et Iacob, ut in his parietibus angelus lucis inhabitet: sentiant in ea commanentes rore caeli abundantiam, et per indulgentiam laetentur pacifici atque securi: mittas ad eos angelum pacis qui introitum nostrum exitumque custodiat. Per.

[1] Throughout this section the text of V. (both in the prayers and rubrics) contains many grammatical errors, which it seems unnecessary to note in detail. The exorcisms and benedictions are partly parallel in some instances to forms in Pam. Men. and the Sacramentarium Gallicanum; but the forms in Pam. Men., if taken from the same source as those in the text, have evidently been revised. Except as noted below, no alteration, other than obvious corrections of spelling, has been made in the readings of V. [2] *omnem inimici potestatem* so V.; but the appearance of the accusative following after a series of vocatives, and the absence of the words in I. lxxv *supra*, suggest that the words may have been accidentally inserted. They occur again a few lines further on, following the word *phantasiam*, while they here follow *phantasma*. [3] *Illi* V. [4] *nostre* V.; Tommasi reads *nostrae*, but the correction in the text is perhaps the more probable of the two. [5] *sterilis* R. Sacr. Gall.; *stirilitas aquae* in Drummond Missal. [6] *divina* R. Sacr. Gall.; the Drummond Missal omits the clause. [7] Sacr. Gall. omits *discipulis*. [8] *et per apostolum suum* (omitting *inquit*) Sacr. Gall.; *qui per apostolum Paulum dicere dignatus est* Drum. Miss.; *et idem per apostolum dicit* R. [9] *Sit sermo noster sale conditus* Sacr. Gall.; *Sit cor vestrum sale conditum* Drum. Miss. From this point V. and R. differ considerably from the others, but are more in agreement with Sacr. Gall. than with the Drummond Missal, which at the end, as at the beginning, of the form agrees with the later texts. [10] *efficere* R. [11] R. inserts *ex*. [12] *protectio*, omitted by V., is restored from R. [13] R. gives all these in the accusative. [14] R. omits *et Iesu Christi Filii eius*. [15] *et iudicaturus est in Spiritu sancto* R. [16] This double ending is probably an error of the scribe. [17] *mare* V.; the clause following is probably corrupt, and certainly obscure. [18] *areptus* V. [19] Tommasi's punctuation connects *diaboli ritu* with *refrigerans*, a conjunction which seems unlikely, whatever the sense of *diaboli ritu* may be

LXXVII.

ITEM ORATIONES PRO FULGURIBUS.

R. Gerb. 303. Pam. 466. Men. 211. Omnipotens sempiterne Deus, parce metuentibus, et propitiare supplicibus[1]; ut post noxios ignes nubium et vim procellarum, in materiam transeat laudis comminatio[2] potestatis. Per. γ

R. Men. 211. Deus, sub[3] cuius imperio nihil non verbo regitur, nihil non oratione mutatur, parce metuentibus, propitiare supplicibus; ut post noxios[4] ignes nubium et turbines procellarum, in materiam transeat laudis comminatio potestatis. Per.

[1] *supplicationibus* R. [2] *communicatio* V.; R. Pam. Men. as text, and so V. in the prayer following. [3] Men. omits *sub.* [4] *innoxios* V.; R. Men. as text, and so V. in the prayer preceding.

LXXVIII.

BENEDICTIO AQUAE EXORCIZATAE AD FULGURA.

Exorcizo te, creatura salis et aquae[1], in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, Filii Dei vivi, ut sis purgatio et purificatio in his locis in quibus as-persa fueris, ad effugandos [immundos][2] et erraticos spiritus, omnemque nefariam vim diaboli pellendam, et omnes figuras et minas phantasmatis Satanae exterminandas; et fulgura et sidera quae missa[3] videntur in hanc arborem non hominibus, aut pecoribus, aut frugibus noceant, sed abscedant et fugiant per invocationem nominis Domini nostri Iesu Christi, et Spiritus sancti, qui venturus est iudicare[4] vivos et mortuos et omne saeculum per ignem. Per.

R. Gerb. 303. cf. Gerb. 306.

742

[1] *aqua* V. [2] V. omits *immundos* which is restored from R. [3] *emissa* R. [4] R. does not give the reading beyond *iudicare*; but it agrees with V. in the insertion of *et Sp. s.* before *qui venturus est*, which, like the double ending in V., is probably due to an error of some early scribe.

LXXIX.

ORATIONES IN AREA NOVA.

Omnipotens sempiterne Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, et preces nostras benignus exaudi, ut in hac area[1] famuli tui *Illius* Spiritum tuum sanctum Paraclitum mittere digneris: et veniat speratae benedictionis ubertas, ut repleti de frugibus tuis in tuo nomine et in tua gratia laeti semper exultent. Per Dominum.

Multiplica, Domine, super nos misericordiam tuam, et preces nostras propitius exaudire dignare, sicut exaudisti famulum tuum regem David, qui te in area hostias offerendo placavit[2], iram avertit, indulgentiam impetravit. Ita veniat, quaesumus, speratae benedictionis ubertas, ut repleti frugibus tuis de tua semper misericordia gloriemur. Per Dominum. γ Pam. 470.

[1] *in hac area* so V. (ungrammatically). [2] *placuit* V.; Tommasi corrects as text, from Pam.

LXXX.

Item orationes in monasterio.

Pam. 440. Deus qui renuntiantibus saeculo mansionem paras in caelo, dilata sanctae huius congregationis habitaculum temporale caelestibus bonis, ut fraternitate teneant compagine[1] caritatis unanimiter[2] continentiae tuae[3] praecepta custodiant; sobrii, simplices, et quieti, gratis sibi datam gratiam fuisse cognoscant; concordet illorum vita cum nomine, professio sentiatur in opere. Per. γ

cf. lxxiii *supra*. Suscipe, Domine, preces nostras, et muro custodiae tuae hoc sanctum ovile circumda; ut omni adversitate depulsa, sit hoc semper domicilium incolumitatis et pacis. Per Dominum nostrum Iesum Christum. γ

[1] *fraternae teneantur compagine* Pam.; V. as text, either *fraternitate* or *compagine* being abl. for acc. [2] *unanimes* Pam. [3] Pam. omits *tuae*.

LXXXI. 743

Oratio in domo ancillarum Dei.

Ingredientes, Domine, in hunc[1] tabernaculum ancillarum tuarum tibi servientium, angelo tuo visitante custodias, et ab huius saeculi adversitatibus defendas. Dona eis propositum mentis, ut tibi exhibeant pudicitiam castitatis; adiuva contra vitia certantes, et victoriae sumant[2] coronam ad te pervenientes. Per.

[1] *hunc* so V., which treats *tabernaculum* as masculine also in lxxvi *supra*. [2] *summa* V.; Tommasi corrects as text.

LXXXII.

Oratio pro renuntiantibus saeculo.

Praesta, Domine, quaesumus, famulis tuis renuntiantibus secularibus pompis gratiae tuae ianuas aperiri[1], qui, despecto diabolo, confugiunt sub titulo Christi. Iube venientes ad te sereno vultu suscipere, ne de eis inimicus valeat triumphare. Tribue eis brachium infatigabile auxilii tui; mentes eorum fidei lorica circumda, ut felici muro vallati, mundum se gaudeant evasisse. Per.

[1] *aperire* V.

LXXXIII.

ORATIO PRO EO QUI PRIUS[1] BARBAM TONDET.

Deus, cuius providentia[2] creatura omnis crementis[3] adulta[4] congaudet, propitius super hunc famulum tuum, iuvenili aetatis decore[5] laetantem, et florem primis auspiciis attondentem, adesto: in omnibus tuae protectionis muniatur auxilium[6], aevo longiore provectus, et praesentis vitae praesidiis gaudeat et aeternis. Per Dominum nostrum. γ
R. Gerb. 257.

[1] *pro his qui prius* R. [2] *providentiam* V. ungrammatically; R. as text. [3] *crementes* V.; R. as text: the word may be equivalent to *incrementis*, or may be an error for that word. [4] *adalta* R. [5] *iuvenilia aetatis decorem* V.; R. as text. [6] *auxilium*, so V. R. (ungrammatically).

LXXXIV.

ORATIONES AD MATUTINAS.

Gratias tibi agimus, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui nos transacto noctis spatio[1] ad matutinas horas[2] perducere dignatus es; quaesumus, ut dones[3] nobis diem hunc[4] sine peccato transire, quatenus ad vesperum[5] gratias referamus. Per. γ
Gerb. 241. Sacr. Gall. 960. Pam. 472. Men. 203.

744 *Exurgentes de cubilibus nostris[6], auxilium gratiae tuae matutinis, Domine[7], precibus imploramus; ut discussis tenebris vitiorum, ambulare mereamur in luce virtutum. Per Dominum. γ
Gerb. 241. Sacr. Gall. 960. Pam. 473. Men. 202.

Matutina supplicum vota, Domine, propitius intuere, et occulta[8] cordis nostri remedio tuae clarifica[9] pietatis; ut[10] desideria tenebrosa non teneant[11], quos lux caelestis gratiae[12] reparavit. Per Dominum nostrum. γ
R. Gerb. 241. Sacr. Gall. 960. Pam. 472. Men. 202.

Te lucem veram, et lucis auctorem, Domine, deprecamur, ut digneris a nobis tenebras depellere vitiorum[13], et clarificare nos luce virtutum. Per. γ
Gerb. 241. Sacr. Gall. 961. Pam. 473. Men. 202.

Auge in nobis, Domine, quaesumus, fidem tuam, et Spiritus sancti lucem in nobis semper[14] accende. Per. γ
Pam. 473. Men. 202.

Deus, qui diem discernis a nocte[15], actus nostros a tenebrarum distingue caligine, ut semper quae sancta sunt meditantes, in tua iugiter laude vivamus. Per. γ
R. Gerb. 241. Men. 203. Leon. 373.

Emitte, quaesumus, Domine, lucem tuam in cordibus nostris, et mandatorum tuorum lucem perpetuam[16]; et in via tua ambulantes nihil patiamur erroris[17]. Per. γ
R. Gerb. 241. Men. 202.

Pam. 473. Men. 202. Veritas tua, quaesumus, Domine, luceat in cordibus nostris, et omnis falsitas destruatur inimici[18]. Per. γ

Pam. 473. Men. 203. Gratias agimus inenarrabili[19] pietati tuae, omnipotens Deus, qui nos, depulsa noctis caligine, ad diei huius principium perduxisti, et abiecta ignorantiae caecitate, ad cultum tui nominis atque scientiam revocasti: illabere[20] sensibus nostris, omnipotens Pater, ut, in praeceptorum tuorum lumine gradientes, te ducem sequamur et principem. Per. γ

Pam. 473. Men. 202. Deus, qui tenebras ignorantiae verbi tui luce depellis, auge in cordibus nostris virtutem fidei, quam dedisti, ut ignis, quem gratia tua fecit accendi, nullis tentationibus possit extingui. Per. γ

Pam. 473. Men. 202. Sensibus nostris, quaesumus, Domine, lumen sanctum tuum benignus infunde, ut tibi semper simus devoti, cuius sapientia creati sumus, et providentia gubernamur. Per. γ

[1] *de transactae noctis spatio* Gerb.; *de transacto noctis spatio* Pam. Men.; V. Sacr. Gall. as text. [2] *ad matutinis horis* V.; Sacr. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [3] *donis* V.; Sacr. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [4] *hanc* Sacr. Gall.; Gerb. omits *hunc*; V. Pam. Men. as text. [5] Pam. Men. Gerb. insert *et semper tibi*; V. Sacr. Gall. as text. [6] *tuis* Pam. [7] Sacr. Gall. omits *Domine*. [8] *occultis* V. R. Gerb.; Sacr. Gall. Pam. Men. as text. [9] *glorifica* Gerb. [10] *et* Pam. [11] *teneat* R. Gerb. [12] *gratia* V.; R. Sacr. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [13] *digneris nobis tenebras repellere peccatorum* Sacr. Gall. [14] *semper in nobis* Pam. [15] *et noctem* Leon.; *ac noctem* Gerb.; *ac nocte* R.; V. Men. as text. [16] *luce perpetua* V. R.; Gerb. as text; Men. has *ut mandatorum tuorum lege percepta, in via*; R. has *ut* for *et*. [17] *errorem* V.; R. Gerb. Men. as text. [18] *inimici destruetur* Men. [19] *inenarrabile* V.; Tommasi reads *inenarrabiles*; *enarrabili* Pam.; Men. as text. [20] *in labe* V.

LXXXV. 745

Orationes ad vesperum.

Sacr. Gall. 959. Gerb. 242. Pam. 474. Men. 200. Omnipotens sempiterne Deus, vespere, et mane[1], et meridie, maiestatem tuam suppliciter deprecamur, ut expulsis de cordibus nostris peccatorum tenebris, ad veram lucem, quae Christus est, nos facias pervenire. Per Dominum nostrum. γ

Sacr. Gall. 960. Pam. 474. Men. 201. Deus, qui illuminas noctem, et lumen post tenebras facis, concede nobis ut hanc noctem sine impedimento Satanae transeamus, atque[2] matutinis horis ad altare tuum recurrentes, tibi Deo gratias referamus. Per Dominum. γ

Sacr. Gall. 960. Gerb. 242. Men. 201. Illumina, quaesumus, Domine, tenebras nostras, et totius noctis insidias[3] repelle propitius. Per. γ

Tuus est[4] dies, Domine, et tua est nox; concede solem iustitiae[5] permanere in cordibus nostris ad repellendas tenebras cogitationum[6] iniquarum. Per Dominum. γ Gerb. 242. R. Sacr. Gall. 960. Pam. 473. Men. 201.

Vespertinae laudis officia persolventes, clementiam tuam, Domine, humili prece deposcimus[7], ut nocturni insidiatoris fraudes[8], te protegente, vincamus[9]. Per. γ Pam. 474. Sacr. Gall. 960. Gerb. 242. Men. 200.

Propitiare, Domine, vespertinis supplicationibus nostris, et fac nos sine ullo reatu matutinis tibi laudibus praesentari[10]. Per Dominum nostrum. γ Pam. 474. Sacr. Gall. 960. Gerb. 242. Men. 200.

Oriatur[11], Domine, nascentibus tenebris, aurora iustitiae, ut peracto die[12] tibi suppliciter gratias agentes etiam mane[13] respicias vota solventes. Per. γ R. Gerb. 241. Pam. 473. Men. 201.

Gratias tibi agimus[14], Domine, custoditi[15] per diem: gratias tibi exsolvimus[16], custodiendi per noctem: repraesenta nos, quaesumus, Domine, matutinis horis incolumes, ut nos omni tempore habeas laudatores. Per. γ Gerb. 242. Pam. 474. Men. 201.

[1] Gerb. omits *et mane*. [2] Sacr. Gall. inserts *ad*. [3] Men. inserts *tu*; Gerb. inserts *tu a nobis*. [4] Pam. omits *est*. [5] Sacr. Gall. inserts *tuae*. [6] *cogitationum tenebras* Sacr. Gall. [7] *poscimus* Sacr. Gall. [8] *nocturnis insidiatoris fraude* V.; Sacr. Gall. Gerb. Pam. Men. as text. [9] *vitemus* Sacr. Gall. [10] *matutinis tibi laudes praesentare* V.; *matutinis tibi laudibus repraesentari* Sacr. Gall.; Pam. Men. as text. [11] Men. inserts *in nobis*; Pam. omits *Domine*. [12] *diei* V. R. [13] Gerb. Pam. Men. insert *dignanter*; Pam. has *dignanter recipias*. [14] *agemus* V.; Gerb. Pam. Men. as text. [15] *custodisti* V.; Gerb. Pam. Men. as text. [16] *exsolvimur* V.

LXXXVI.

Orationes ante cibum.

Refice nos, Domine, donis tuis, et opulentiae tuae largitate sustenta. Per. γ Pam. 467. Leofr. 7.

Reficiamur[1], Domine, de donis et datis tuis, et tua benedictione satiemur. Per.

Protege nos, Domine Deus noster, et fragilitati nostrae necessariam praebe substantiam. Per. Leofr. 7.

746 * Benedic, Domine, dona tua, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per. γ Pam. 468. Leofr. 7.

Deus, qui nos ad delicias spiritales semper invitas, da benedictionem super dona tua, ut ea quae in tuo nomine sunt edenda, sanctificata percipere mereamur. Per. Leofr. 7.

Tua nos, Domine, dona reficiant, et tua gratia consoletur. Per Dominum nostrum. Leofr. 7.

[1] *Reficiamus* V.

LXXXVII.

Orationes post cibos.

Pam. 468. Satiati, Domine, opulentiae tuae donis, tibi gratias agimus pro his quae, te largiente, suscepimus, obsecrantes misericordiam tuam, ut quod[1] corporibus nostris necessarium fuit, mentibus non sit onerosum. Per. γ

Pam. 468. Satiati sumus[2], Domine, de tuis donis ac datis: reple nos de tua misericordia, qui es[3] benedictus, qui cum[4] Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. γ

[1] *quid* V.; Pam. as text. [2] *Satiasti nos* Pam. [3] *quia tu es* Pam.
[4] Pam. inserts *Deo.*

LXXXVIII.

Oratio ad fruges novas benedicendas.

R. Gerb. 308. Pam. 467. Men. 234. Benedic, Domine, hos fructus novos uvae sive fabae, quos tu, Domine, per rorem caeli et inundantiam pluviarum, et tempora serena atque tranquilla ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis cum gratiarum actione, in nomine Domini nostri Iesu Christi. Per quem[1] haec omnia, Domine, semper bona. γ.

Item alia.

R. Gerb. 307. Oramus[2] pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creaturae tuae, quas aeris et pluviae temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuae imbre perfundas, et fructus terrae tuae usque ad maturitatem perducas, tribuasque[3] populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut a fertilitate terrae esurientium animas bonis affluentibus repleas, et egenus et pauper laudent nomen gloriae tuae. Per.

[1] Instead of the concluding clause of the Canon (indicated by V. R.) Pam. Men. have *Qui tecum.* [2] *Oremus* V.; R. as text. [3] *tribuas quoque* R.

LXXXIX. 747

Benedictio pomorum.

R. Gerb. 308. Te deprecamur, omnipotens Deus, ut benedicas hunc fructum novorum pomorum: ut qui esu interdictae arboris letalis pomi in protoparente iusta funeris sententia[1] multati

sumus, per illustrationem [2] unici Filii tui Redemptoris, Dei ac Domini nostri Iesu Christi, et Spiritus sancti benedictione [3], sanctificata omnia atque benedicta, depulsis atque abiectis vetusti hostis atque primi facinoris incentoris [4] insidiis, salubriter ex huius diei anniversaria solemnitate diversis terrae edendis germinibus sumamus. Qui vivis et regnas in unitate.

[1] *iustae funeris sententiae* V.; *iuste funeris sententia* R. [2] *illustratione* V.; R. as text. [3] *benedictione*, so V. R., perhaps ungrammatically. [4] *intentoris* V.

XC.

BENEDICTIO ARBORIS.

Deus qui hanc arboris poma [1] tua iussione et providentia progenitam [esse voluisti [2]], nunc etiam eadem benedicere et sanctificare digneris precamur; ut quicumque ex ea sumpserint, incolumes esse valeant. Per. R. Gerb. 308.

[1] *pumma* V.; R. as text. The word is apparently treated in the benediction both in R. and V. as a feminine singular (*hanc* . . . *ex ea*), and also as a neuter plural (*eadem*). [2] V. omits *esse voluisti*.

XCI.

ORATIONES POST OBITUM HOMINIS.

Pio recordationis affectu, fratres carissimi, commemorationem faciamus [1] cari nostri *Illius* [2], quem Dominus de tentationibus huius [3] saeculi assumpsit, obsecrantes misericordiam [4] Dei nostri, ut ipse ei tribuere dignetur placitam et quietam mansionem [5], remittat omnes lubricae temeritatis offensas, ut concessa venia plenae indulgentiae [6], quidquid in hoc saeculo proprius error attulit [7] totum ineffabili pietate ac benignitate sua compenset [8]. Per [9]. B. Leofr. 199. Sacr. Gall. 951.

Diri vulneris novitate perculsi, et quodammodo cordibus sauciati, misericordiam tuam, mundi redemptor, flebilibus vocibus imploramus, ut cari nostri *Illius* animam ad te datorem proprium [10] revertentem blande leniterque [11] suscipias, et si quas illa ex hac carnali commoratione [12] contraxit maculas [13], tu, Deus, inolita bonitate clementer deleas,
748 pie indulgeas, oblivioni in perpetuum tradas, atque hanc [14] eandem laudes tibi cum ceteris reddituram, et ad corpus quandoque reversuram, sanctorum tuorum coetibus aggregari [15] praecipias. Per Dominum. Leofr. 201.

R. Gerb. 313. Leofr. 199. Sacr. Gall. 951. Tu nobis, Domine, auxilium praestare digneris, tu opem[16], tu misericordiam largiaris[17]; spiritum etiam[18] famuli tui *Illius*[19] ac[20] cari nostri, vinculis[21] corporalibus liberatum[22], in pace sanctorum tuorum[23] recipias; uti[24] locum poenalem, et gehennae ignem, flammamque tartari in regione viventium evadat. Per eum[25] qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti, per.

Leofr. 199. Suscipe, Domine, animam servi tui *Illius*[19] ad te revertentem de Aegypti partibus [et][26] proficiscentem ad te. Emitte angelos tuos sanctos in obviam illius[27], et viam iustitiae demonstra ei. Aperi ei portas iustitiae, et repelle ab ea principes tenebrarum: agnosce depositum fidele quod tuum est. Suscipe[28], Domine, creaturam tuam, non ex diis alienis creatam, sed a te Deo solo[29] vero et vivo, quia non est Deus praeter te solum[30], et non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam servi tui *Illius*[19]: clarifica, Domine, famulum tuum[31]: ne memineris iniquitatum eius antiquarum et ebrietatum, quas[32] suscitavit furor mali[33] desiderii: licet enim peccavit[34], Patrem et Filium et Spiritum sanctum tamen[34] non negavit, sed credidit, et zelum Dei habuit, et Deum fecisse omnia[35] adoravit. [Per[36].]

R. Gerb. 313. Suscipe, Domine, animam servi tui *Illius*[19] revertentem ad te: vestem caelestem indue eam, et lava eam sanctum fontem[37] vitae aeternae; ut[38] inter gaudentes gaudeat, et inter sapientes sapiat, et inter martyres coronatos[39] considеat, et inter patriarchas et prophetas proficiat, et inter apostolos Christum sequi studeat, et inter angelos et archangelos claritatem Dei pervideat[40], et inter Paradisi rutilos lapides gaudium possideat, et notitiam mysteriorum[41] agnoscat, et inter cherubin et seraphin claritatem Dei inveniat, et inter viginti quatuor seniores cantica canticorum audiat, et inter lavantes stolas in fonte luminis vestem lavet, et inter pulsantes pulsans[42], portas caelestis Hierusalem • apertas[43] reperiat, et inter videntes Deum 749
facie ad faciem videat, et inter audientes auditu caelesti caelestem sonum exaudiat[44]. Suscipe, Domine, servum tuum *Illum*[45] in aeternum[46] habitaculum, et da ei requiem et regnum, id est, Hierusalem caelestem; ut[47] in sinibus patriarcharum nostrorum[48], id est, Abraham, Isaac et Iacob,

collocare digneris; et habeat partem in prima resurrectione, et inter surgentes resurgat, et inter suscipientes corpora in die resurrectionis corpus[49] suscipiat, et cum benedictis ad dexteram Dei Patris venientibus veniat, et inter possidentes vitam aeternam possideat. Per Dominum.

Antiqui memores[50] chirographi, fratres carissimi[51], quo primi hominis peccato et corruptioni[52] addicta est humana conditio, sub cuius lege[53] sibi unusquisque formidat, quod aliis accidisse videat[54], omnipotentis Dei misericordiam deprecemur pro spiritu[55] cari nostri *Illius*, cuius hodie depositio celebratur[56], ut eum in aeternam requiem suscipiat, et beata resurrectione[57] repraesentet. Per.

R. Gerb. 314. Sacr. Gall. 952.

Deus, qui iustis supplicationibus [semper][58] praesto es[59], qui pia vota dignaris intueri, da famulo tuo *Illi*[60], cuius[61] depositionis hodie[62] officia pia[63] praestamus, cum sanctis atque electis[64] tuis beati muneris portionem. Per Dominum. γ

R. Gerb. 314. Sacr. Gall. 952. Leofr. 200.

Dic cap[itulum] In memoria aeterna.

Item orationes antequam ad sepulcrum deferatur.

Deum iudicem universitatis, Deum caelestium et terrestrium et infernorum Dominum[65], deprecemur[66] pro spiritu cari nostri *Illius*, uti eum Dominus[67] in requiem[68] collocare dignetur, et in parte[69] primae resurrectionis resuscitet. Per Dominum nostrum[70].

R. B. Gerb. 315. Leofr. 200.

Te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, supplices deprecamur pro spiritu famuli tui[71] *Illius*, quem ab originibus huius saeculi ad te arcessiri[72] praecepisti, ut digneris, Domine, dare ei locum lucidum, locum refrigerii et quietis. Liceat ei transire portas infernorum et vias[73] tenebrarum, maneatque in mansionibus sanctorum, et in luce sancta, quam olim Abrahae promisisti et semini eius:
750 nullam laesionem sustineat anima[74] eius, sed quum • magnus dies ille[75] resurrectionis ac remunerationis advenerit, resuscitare eum digneris, Domine, una cum sanctis et electis[76] tuis: dones ei[77] delicta atque peccata usque ad novissimum[78] quadrantem, tecumque immortalitatis vitam et regnum consequatur aeternum. Per Dominum nostrum.

Leofr. 201. cf. Sacr. Gall. 951.

Omnipotentis Dei misericordiam, dilectissimi fratres[79], deprecemur[80], cuius iudicio aut nascimur aut finimur, ut

R. B. Gerb. 314. Leofr. 200.

animam[81] fratris nostri *Illius* quem Domini pietas de incolatu mundi huius transire praecepit, requies aeterna suscipiat, et eam beata[82] resurrectione praesentet[83] et in sinibus Abrahae et Isaac et Iacob collocare dignetur. Per[70].

R. B. Gerb. 315. Sacr. Gall. 949. Leofr. 201. Deus, qui universorum creator et conditor es[84], qui[85] quum sis tuorum beatitudo sanctorum[86], praesta nobis petentibus, ut animam[87] fratris nostri *Illius*, corporis nexibus absolutam[87], in prima[88] resurrectione facias praesentari[89]. Per.

Item orationes ad sepulcrum, priusquam sepeliatur.

Leofr. 201. Oremus, fratres carissimi[90], pro anima[91] cari nostri *Illius*, quem Dominus de laqueo huius saeculi liberare dignatus est, cuius corpusculum hodie sepulturae traditur, ut eum Domini pietas inter sanctos et electos suos, id est in sinu Abrahae, Isaac, et Iacob, collocare dignetur, et partem habeat in prima resurrectione, quam facturus est, orantibus sanctis[92]. Per Dominum nostrum. γ

Leofr. 201. Opus misericordiae tuae est, Pater omnipotens, aeterne Deus, rogare[93] pro aliis, qui nobis non sufficimus: suscipe, Domine, animam servi tui *Illius* revertentem ad te. Adsit ei angelus testamenti tui Michael. Libera eam, Domine, de principibus tenebrarum, et de locis poenarum, ne iam ullis[94] primae nativitatis vel ignorantiae confundatur erroribus: agnoscatur a tuis, et misericordia bonitatis tuae ad locum refrigerii et quietis in sinu transferatur Abrahae. Per Dominum nostrum.

Redemptor animarum Deus, aeternitatem concede defunctis, neque vacuari passionis triumphum mundi morte patiaris, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculorum.

Item orationes post sepulturam. 751

R. Gerb. 315. Leofr. 201. Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum, cui omnia vivunt, fideliter deprecemur, ut hoc corpus[95] a nobis in infirmitate sepultum, in virtute et ordine sanctorum resuscitet, et eius animam[96] sanctis et fidelibus iubeat aggregari; cuique in iudicio misericordiam tribuat; quemque morte redemptum, debitis solutum, Patri reconciliatum, boni Pastoris humeris repor-

tatum[97], in comitatu[98] aeterni regis perenni gaudio et sanctorum consortio perfrui concedas[99]. Per Dominum nostrum.

Omnipotens aeterne[100] Deus, qui humano corpori a te ipso animam inspirare dignatus es, dum, te iubente, pulvis pulveri rursus redditur, tu imaginem tuam[101] cum sanctis et electis tuis aeternis sedibus praecipias sociari. Per Dominum nostrum. Leofr. 202.

Obsequiis autem rite celebratis, membris ex feretro depositis[102], tumulo ex more composito, post Israelis exitu[103] ex Aegypto, deprecemur clementiam Dei Patris pro anima[104] cari nostri *Illius*, quem Dominus de laqueo huius mundi liberavit lugubris letali, cuius posse[105] ubique est, et potestas innumerabilis, habens divitias spiritales. Animae huius[106] subveniat sublimis Dominus, ut ardore careat aeterni ignis, adeptura[106] perpetui regni refugium[107]. Coram suo rege gratificet[108] in gaudio genitali, in sublimi solio patrum praeelectorum, in medio [iustorum, in][109] splendoribus sanctorum, in sede maiestatis, magno in lumine, in regione, in regno vivorum[110]. Per. MS. Magd. 226.

Commendatio animae.

Commendamus tibi, Domine, animam fratris nostri *Illius*: precamur, propter[111] quam ad terras tua pietate descenderas, patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas, sed miserere[112]: migranti in tuo nomine de hac instabili et tam incerta sempiternam illam vitam ac laetitiam in caelestibus praesta, Salvator mundi, qui cum Patre vivis dominator, et regnas Deus, in unitate Spiritus sancti in saecula. Leofr. 203.

752 **Item alia.**

Deus, apud quem omnia morientia vivunt, cui non pereunt moriendo corpora nostra sed mutantur in melius, te supplices deprecamur, ut suscipi iubeas animam famuli tui *Illius* per manus sanctorum angelorum deducendam in sinum amici[113] tui patriarchae Abrahae, resuscitandam in die novissimo[114] magni iudicii; et [si][115] quid de regione mortali tibi contrarium contraxit, fallente diabolo, tua pietate ablue indulgendo. Per. Gerb. 313. cf. B.

[1] *facimus* B. Leofr.; V. Sacr. Gall. as text. [2] *cari nostro Illo* V. [3] Sacr. Gall. omits *huius*. [4] B. inserts *tuam vel*. [5] *vitam* (for *mansionem*) B.; Leofr. inserts *et* after *mansionem*. [6] *plenae indulgentiae venia* Sacr. Gall. [7] *saeculo proprio reatu deliquit* B. Leofr.; V. Sacr. Gall. as text. [8] *deleat et abstergat* (for *compenset*) B. Leofr.; Sacr. Gall. has *indulgeat*. [9] Leofr. gives the ending *Quod ipse praestare dignetur* &c.; B. has *Praest.*; Sacr. Gall. gives no termination. [10] *proprium ad te datorem* Leofr. [11] *leviterque* Leofr. [12] *ut si qua ex carnali contagione* Leofr. [13] *maculam* Leofr. [14] Leofr. omits *hanc*. [15] *adgregare* V. [16] R. inserts *feras*; Sacr. Gall. has *tu per misericordiam* (omitting *opem tu*). [17] Leofr. inserts *et*. [18] *animam quoque* (for *spiritum etiam*) Sacr. Gall. [19] *Ille* V. [20] Leofr. omits *ac*; Sacr. Gall. omits *ac cari nostri.*; R. has *famuli tui et cari nostri Ill.* [21] *a vinculis* Sacr. Gall. [22] *liberatam* Sacr. Gall. [23] R. Leofr. omit *tuorum*. [24] *ut hic* (for *uti*) Leofr.; Sacr. Gall. has *recipias, et gehennae ignis evadat* (so ending); V. R. as text. [25] *Qui vivis* Leofr. [26] V. omits *et*. [27] *in obviam ei* Leofr. [28] Leofr. omits the words *depositum . . . suscipe*. V. has *fidelem* for *fidele*, probably by an error of the scribe. [29] Leofr. omits *solo*. [30] Leofr. omits *solum* and adds *Domine*. [31] Leofr. omits *clarifica . . . tuum*. [32] *ebrietatem quae* V.; Leofr. as text. [33] *male* V. [34] Leofr. places *tamen* before *Patrem*. [35] *qui omnia fecit* (for *fecisse omnia*) Leofr.; V. as text. [36] Leofr. adds *Per*. which is omitted in V. [37] *sancto fontem* R.; V. as text (ungrammatically). [38] *et* R. [39] *coronata* R. [40] *semper videat* R. [41] *ministeriorum* R. [42] *depulsans* R. [43] *apertas caelestis Hierusalem* Gerb. [44] *audientes auditum caelestisonum audiat* R. [45] *Illius* V. [46] R. inserts *in bonum*. [47] R. inserts *eum*. [48] R. omits *nostrorum*. [49] R. inserts *suum*. [50] *memoreris* (for *memores*) R. [51] *dilectissimi* Sacr. Gall. [52] *corruptione* Sacr. Gall.; V. R. as text. [53] Sacr. Gall. inserts *id*. [54] *quod alia investigavit videatque* Sacr. Gall. [55] *anima* Sacr. Gall. [56] *depositionem celebramus* Sacr. Gall. [57] *beatae resurrectioni* Sacr. Gall. [58] V. omits *semper*, which is restored from R. Sacr. Gall. Leofr. [59] *ades* Sacr. Gall. [60] *Illius* V.; Sacr. Gall. has *animae famoli tui Ill.* [61] V. inserts *diem*, perhaps for *diei*, but more probably by confusion with another form; Sacr. Gall. has *transitus* for *depositionis*. [62] R. omits *hodie*; Leofr. has *die*. [63] R. Sacr. Gall. Leofr. omit *pia*; Leofr. has *peragimus* for *praestamus*. [64] *sanctis et electis* (om. *tuis*) R. Leofr.; V. Sacr. Gall. as text. [65] *Deum* B.; Leofr. omits *Dominum*. [66] *deprecamur* R. [67] R. omits *Dominus*; B. has *pietas Domini*. [68] *requie* B. [69] *partem* R.; V. B. Leofr. as text. [70] B. has the ending *Qui venturus est*. [71] *anima cari nostri* Sacr. Gall.; V. Leofr. as text. [72] *arcessire* V.; *accersiri* Leofr.; Sacr. Gall. has *quem ab hoc saeculo ad te arcessiri iussisti*, and from this point varies a good deal from the readings of V. Leofr. [73] *poenas* Leofr.; *vias* V. Sacr. Gall. [74] *spiritus* Leofr. [75] *ille dies* Leofr. [76] *sanctis ac fidelibus* Leofr. [77] *deleas ei* Leofr. [78] *novissimam* V.; Leofr. has *in novissimum*. [79] R. Leofr. B. omit *dilectissimi fratres*. [80] *imploramus* B.; *deprecamur* R. [81] *spiritum* R. Leofr. [82] *et cum beata* B. Leofr.; *et eum in beata* R. [83] *repraesentet* R. B. Leofr. [84] *Deus universorum creator et conditor* R.; *Deus qui universorum es creator et conditor* B. Leofr.; V. Sacr. Gall. as text. [85] Sacr. Gall. omits *qui*; V. R. B. Leofr. as text (ungrammatically). [86] *sis sanctorum beatitudo* B. [87] *spiritum . . . absolutum* R. Leofr. B., and perhaps the original of Sacr. Gall. which varies the latter part of the Collect, but retains *absolutum* in agreement with *depositionem*. [88] B. omits *prima*. [89] *repraesentari* Gerb.; but R. as text. [90] Leofr. inserts *Deum omnipotentem*. [91] *spiritu* Leofr. [92] *orantibus nobis* Leofr. [93] *rogari* Leofr.; V. as text. [94] *ne famulus tuus Ill.* (for *ne iam ullis*) Leofr. [95] Leofr. inserts *cari nostri Ill.* [96] *spiritum* R. Leofr.; Leofr. inserts *cum*. [97] R. inserts *Spiritum sanctum protectum*. [98] R. inserts *et*. [99] *concedatur* R. Leofr. [100] *sempiterne* Leofr. [101] Leofr. inserts *una*. [102] This bidding prayer is not in R. Gerb. Leofr. or Sacr. Gall. It appears in an English Pontifical of about the year 1200, now in the Library of Magd. Coll. Oxford (MS. Magd. 226), where it begins *Exequiis rite celebratis, membrisque feretro depositis*. [103] *post Israel exitum* MS. Magd.; V. as text (ungrammatically). [104] *spiritu* MS. Magd. [105] *cuique possis* V.; MS. Magd. as text. [106] *Spiritui huic . . . adepturus* MS. Magd. [107] *re-*

frigerium MS. Magd. [108] *Coram rege suo gratificetur* MS. Magd.; V. as text; perhaps *gratificet* is equivalent to *gratias agat.* [109] V. omits *iustorum, in,* which is restored from MS. Magd. [110] *in sede maiestatis magnae, in lumine regionis vivorum* MS. Magd.; V. as text. [111] *precamurque ut propter* Leofr. [112] *non renuas, miserere qui vivis et regnas* &c. Leofr. [113] *sinu inimici* R. [114] *novissimi* R. [115] V. omits *si*; the kindred Collect in B. has *et quicquid*; R. as text.

XCII.

ITEM MISSA PRO DEFUNCTO SACERDOTE.

Deus, [qui] [1] inter apostolicos sacerdotes famulum tuum *Illum* pontificali [2] fecisti dignitate [2] vigere, praesta, quaesumus, ut eorum quoque et [3] perpetuo aggregetur consortio. Per. R. Gerb. 315. Men. 217. cf. Leon. 454.

Preces nostras, quaesumus, Domine, quas in famuli tui *Illius* depositione deferimus, propitiatus exaudi; ut qui nomini tuo ministerium fidele [4] dependit, perpetua sanctorum societate laetetur. Per. R. Gerb. 316.

Secreta.

Suscipe, quaesumus, Domine, pro anima famuli et sacerdotis tui *Illius* quas offerimus hostias [5]; ut cui pontificale donasti meritum, dones et praemium. Per. R. Gerb. 316. Men. 217. Leon. 454. xciii *infra.*

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem [6], quam tibi pro depositione famuli [7] et sacerdotis tui *Illius* deferimus, quaesumus, Domine, placatus [8] intende: pro quo [9] maiestati tuae supplices fundimus preces, ut eum in numero tibi placentium censeri facias sacerdotum. Per. R. Gerb. 317.

Postcommun.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, et animam famuli tui *Illius* episcopi in vivorum regione aeternis gaudiis iube associari [10]. Per. R. Gerb. 317.

[1] V. omits *qui* which is restored from R. Men. Leon. [2] *pontificale . . . dignitatem* V.; R. Men. as text; Leon. has *fecisti vigere pontificem.* [3] Men. omits *et*; V. R. as text. [4] *fideli* V.; R. has *mysterium fideli.* [5] *Suscipe Domine quaesumus hostias pro anima famuli tui* (*Ill.*) *episcopi* (*famuli et sacerdotis tui* Men.), Leon. Men.; V. R. as text. [6] R. inserts *Domine.* [7] R. inserts *tui.* [8] R. omits *placatus.* [9] *qua* V. [10] *iubeas sociare* V.; *iube associare* R.

XCIII. 753

ITEM ALIA PRO SACERDOTE.

R. Gerb. 317. Men. 217. Leon. 454.

Praesta, quaesumus, Domine, ut anima famuli tui *Illius* episcopi, quam in hoc saeculo commorantem sacris muneribus decorasti, [1] caelesti sede gloriosa semper exultet. Per Dominum nostrum. γ

R. Gerb. 317.

Deus, cuius misericordiae non est numerus, suscipe pro anima famuli tui *Illius* episcopi preces nostras, et lucis ei laetitiaeque in regione sanctorum tuorum societatem [2] concede. Per.

Secreta.

R. Gerb. 317. Men. 217. Leon. 454. xcii *supra*.

Suscipe, Domine, quaesumus, hostias pro anima famuli tui *Illius* episcopi: ut cui pontificale donasti meritum [3] dones et praemium [3]. Per.

Infra actionem.

R. Gerb. 317.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, quam tibi offerimus pro anima [4] famuli tui *Illius* episcopi, quaesumus, Domine, placatus accipias, et cum praesulibus apostolicae dignitatis, quorum est secutus officium, habere tribuas sempiternae beatitudinis portionem : diesque nostros.

Postcommun.

R. Gerb. 317. Men. 218.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut animam [5] famuli tui *Illius* episcopi in congregatione iustorum aeternae beatitudinis iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

[1] R. Leon. insert *in*; V. Men. as text. [2] *societate* V.; R. as text. [3] V. and R. agree in transposing *meritum* and *praemium*: but Men. Leon. and the similar *secreta* in the *Missa* immediately preceding seem to justify the reading of the text. [4] R. omits *pro anima*. [5] *anima* V. R. (ungrammatically for *animam* which is the reading of Men.).

XCIV.

ITEM ALIA PRO SACERDOTE SIVE ABBATE.

R. Gerb. 318.

Deus, qui famulum tuum *Illum* sacerdotem atque abbatem et sanctificasti [1] unctionem misericordiae tuae [2], et assumpsisti consummatione felici, suscipe propitius preces nostras, et praesta ut sicut ille [3] tecum est meritis, ita a nobis non recedat exemplis. Per Dominum.

[Gerb. 318 *n*.]

Omnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus, ut famulo tuo *Illi* abbati atque sacerdoti [4], quem

in requiem tuam vocare dignatus es, dones sedem honori-
754 ficatam, et fructum beati·tudinis sempiternae; ut ea, quae
in oculis nostris docuit et gessit, non iudicium nobis pariant[5],
sed profectum attribuant[6], ut pro[7] quo nunc in te gaudemus
in terris, cum eodem apud te exultare mereamur in caelis.
Per.

Secreta.

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut anima famuli R.
tui *Illius* abbatis atque sacerdotis per haec sancta mysteria Gerb. 318.
in tuo conspectu semper clara consistat, quae[8] fideliter
ministravit. Per.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem[9], quam tibi pro anima famuli tui R.
Illius abbatis atque sacerdotis offerimus, quaesumus, Domine, Gerb. 318. cf. xcv
placatus intende; pro qua maiestati tuae supplices fundimus *infra.*
preces, ut eam in numero sanctorum tuorum [tibi][10] pla-
centium facias dignanter ascribi: diesque nostros[11].

Postcommun.

Prosit, quaesumus, Domine, animae famuli tui *Illius* R.
sacerdotis misericordiae tuae implorata clementia[12]; ut Gerb. 319.
eius, in quo speravit et credidit, aeternum accipiat, te
miserante, consortium. Per Dominum.

[1] *sanctificas* V.; R. as text. [2] *vocationē misericordiae* R.; V. as text (ungrammatically). [3] *illius* V.; R. as text. [4] *et famulo tuo Illo abbate atque sacerdote* V.; *ut famulo et sacerdoti tuo N. atque abbati* Gerb. [5] *pareat* V. [6] *attribuat* V. [7] *per* V. [8] Gerb. inserts *tibi*: but V. R. as text. [9] R. inserts *Domine.* [10] *tibi*, omitted by V. is restored from R. [11] R. makes no mention of the clause *diesque nostros*, but adds *Quam oblationem.* [12] *inplorata clementiae tuae* R.

XCV.

ORATIONES AD MISSA[1] IN NATALE[1] SANCTORUM SIVE AGENDA[1] MORTUORUM.

Beati martyris tui *Illius*, Domine, quaesumus, interces- R.
sione nos protege, et animam[2] famuli tui *Illius* sacerdotis[3] Gerb. 319. cf. Leon.
sanctorum tuorum iunge consortiis. Per. 453.

Adiuva nos, Domine Deus noster, beati *Illius* precibus R.
exoratus, et animam[4] famuli tui *Illius* sacerdotis[3] in beati- Gerb. 319. Leon. 453.
tudinis sempiternae luce constitue. Per.

Secreta.

R. Gerb. 319.

Suscipe, quaesumus, Domine, hostias placationis et laudis, quas tibi in honore sancti martyris tui *Illius* nomini tuo consecrandas deferimus, et pro requie famuli tui *Illius* sacerdotis tibi suppliciter immolamus. Per.

Infra actionem. 755

R. Gerb. 319. cf. xciv *infra*.

Hanc igitur oblationem, quam tibi in honore sancti martyris tui *Illius*, vel pro requie famuli tui *Illius* sacerdotis offerimus, quaesumus, Domine, placatus intende; pro qua[5] maiestati tuae supplices fundimus preces, ut eam[5] in numero sanctorum tibi placentium facias dignanter adscribi. Quam oblationem.

Postcommun.

R. Gerb. 319. cf. xcvii *infra*.

Ascendant ad te, Domine, preces nostras[6] et anima[6] famuli tui *Illius* gaudia aeterna suscipiant[6]; ut quem fecisti adoptionis[7] participem, iubeas hereditatis tuae esse consortem. Per Dominum.

[1] *Missa* ... *natale* ... *agenda*, so V. ungrammatically. [2] *anima* V.; *animas* R.; Leon. as text. [3] Leon. has *episcopi* for *sacerdotis*. [4] *anima* V.: R. Leon. as text. [5] *qua* ... *eam*, so both V. and R. (as though *anima* had stood in the place of *requie* in the antecedent clause, as in xciv *supra*). [6] *nostras* ... *anima* ... *suscipiant*, so both V. (here and in xcvii *infra*) and R. [7] *adoptionem* V. here; but R. and V. in xcvii *infra* as text.

XCVI.

MISSA PRO DEFUNCTI NUPER BAPTIZATI[1].

R. Gerb. 319. Pam. 458.

Deus, qui ad caeleste regnum non nisi renatis per aquam et Spiritum sanctum pandis introitum, multiplica super animam famuli tui *Illius* misericordiam tuam: et cui donasti celerem et incontaminatum transitum post baptismi sacramentum, da ei et[2] aeternorum plenitudinem gaudiorum. Per. γ

Deus, qui omne meritum vocatorum donis tuae bonitatis anticipas, propitiare animae famuli tui *Illius*, quem[3] in finem[4] istius vitae regenerationis unda mundavit; et quem fecisti non timere de culpa, fac gaudere de gratia. Per.

Secreta.

R. Gerb. 320. Pam. 458.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris pro anima famuli tui *Illius*, pro qua tibi offerimus sacrificium laudis, ut eam sanctorum tuorum [coetibus][5] consociare digneris. Per. γ

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus, Domine, pro anima famuli tui *Illius*, benignus assume, eumque regenerationis fonte[6] purgatum, et periculis vitae huius exutum, beatorum numero digneris inserere spirituum. Quam oblationem. γ — R. Gerb. 320. Pam. 458.

756 **Postcommun.**

Propitiare, Domine, animae famuli tui *Illius*, ut quem in finem[4] istius vitae regenerationis fonte mundasti, ad caelestis regni beatitudinem facias pervenire. Per. γ — R. Gerb. 320. Pam. 358.

[1] *defuncto nuper baptizato* R.; V. as text, perhaps omitting *anima* or *requie*, perhaps simply using the genitive for the ablative case. [2] R. Pam. omit *et*; V. as text. [3] *quae* V., probably for *que*, which elsewhere in the MS. occasionally represents *quem*. [4] *in finem*, probably ungrammatically for *in fine*, which is the reading of Pam. in the Postcommunion. [5] *coetibus*, omitted by V., is restored from R.; Pam. has *consortio sociare*. [6] *fontem* V.; R. Pam. as text.

XCVII.

ITEM ALIA MISSA.

Deus, cuius bonitatis nullus est numerus, quia semper misericordia tibi est causa miserendi, exaudi pro *Illius* famuli tui animam[1] supplicantes, ut illum gratia tua sicut donavit baptismo, ita donet et regno. Per.

Deus, qui caelestis regni nonnisi renatis pandis introitum, auge super anima[2] famuli tui *Illius* gratiae tuae dona; ut quae ab omnibus est purgata peccatis, a nullis sit aliena promissis. Per. — cf. I. lvi *supra.*

Secreta.

Oblationes nostras, quaesumus, Domine, propitiatus intende, quas tibi offerimus pro anima famuli tui *Illius*: et cui donasti baptismi sacramentum, da ei aeternorum plenitudinem gaudiorum. Per.

Postcommun.

Ascendant ad te, Domine, preces nostras[3], et anima[3] famuli tui *Illius* gaudia aeterna suscipiant[3]; ut quem fecisti adoptionis participem iubeas hereditatis tuae esse consortem. Per. — R. Gerb. 319. xcv *supra.*

[1] *animam*, so V. (ungrammatically). [2] *anima*, so V. (ungrammatically). [3] See note [6] on xcv *supra.*

XCVIII.

ORATIONES AD MISSAS PRO DEFUNCTIS DESIDERANTIBUS POENITENTIAM ET MINIMUM CONSECUTIS[1].

R. Gerb. 320. Pam. 459. Leofr. 196.

Si quis[2] *poenitentiam petens, dum sacerdos venit, fuerit officium linguae privatus, constitutum est, ut si idonea testimonia hoc dixerunt, et ipse per motus aliquos satisfacit, sacerdos impleat omnia circa poenitentem, ut moris est.*

Item ad missas.

R. Gerb. 320. Pam. 459. Leon. 452.

Omnipotens et misericors Deus, in cuius humana conditio potestate consistit, animam[3] famuli tui *Illius*, quaesu•mus, 757
ab omnibus absolve peccatis, ut poenitentiae fructum, quem voluntas eius optavit, praeventus mortalitate[4] non perdat. Per. γ

Secreta.

R. Gerb. 320. Pam. 459. Leon. 452.

Satisfaciat tibi, Domine, quaesumus, pro anima famuli tui *Illius*, sacrificii praesentis oblatio, et peccatorum veniam quam quaesivit inveniat[5]; et quod officio linguae implere non potuit desideratae[6] poenitentiae compensatione percipiat. Per. γ

Infra actionem.

R. Gerb. 320. Pam. 459.

Hanc igitur oblationem, quam tibi offert famula tua *Illa*[7] pro anima famuli tui *Illius*, cuius depositionis diem *illum*[8] celebramus, quaesumus, Domine, ut placatus accipias, et ineffabili pietate concedas[9] ut quod exequi praeventus conditione mortali ministerio linguae non potuit mereatur indulgentiam sempiternam[10], quae in eius mente non defuit poenitenti[11]. Quam oblationem[12]. γ

Postcommun.

R. Gerb. 320. Pam. 459. cf. Leon. 452.

Deus, a quo speratur humani corporis[13] omne quod bonum est, tribue per haec sancta[14], quaesumus, ut sicut animae famuli tui *Illius* poenitentiae velle donasti, sic indulgentiam tribue[15] miseratus optatam. Per. γ

[1] The title in V. is evidently corrupt: it stands thus *Orat. ad Miss. pro defunct. cuius desiderantibus penitenciam et minimum consecutus.* [2] This direction is drawn from a decree attributed by Ivo of Chartres to Pope Eusebius, which may perhaps have some better claim to be considered genuine than the other decretals which have been assigned to the same author. It is prefixed to the *Missa* in R. Pam. Leofr. as well as in V. The version in Pam. is more, that in R. less correct than that of the text, in which V. and Leofr. almost exactly agree. [3] *anima* V. R.; Pam. Leon. as text. [4] *mortalitatis* V. R.; Pam. Leon. as text. [5] Leon. (perhaps by an error) makes a break

in the Collect at this point, inserting the termination *Per.* and making a fresh beginning with *Et quod.* [6] *desiderante* V.; R. Pam. Leon. as text. [7] *quam tibi offerimus* Pam.; V. R. as text. [8] *cuius diem depositionis* Pam.; both Pam. and Gerb. omit *illum.* [9] *concordas* Pam. [10] *indulgentia sempiterna* Pam. which omits *quae in eius . . . poenitenti.* [11] *poenitendi* V.; R. as text. [12] R. Pam. have *diesque nostros*, which V. omits. [13] For *speratur humani corporis* Leon. has *inspiratur humanis cordibus*: the reading of the text is probably a corruption, but V. R. Pam. agree in adopting it. [14] R. omits *per haec sancta*; Leon. omits *tribue per haec sancta quaesumus*; V. Pam. as text. [15] *tribue*, so V. R. Pam. (ungrammatically): the error is probably caused by the careless insertion of words not contained in the Collect as it occurs in Leon. (see last note).

XCIX.

ORATIONES PRO DEFUNCTIS LAICIS. ITEM UNIUS DEFUNCTI.

Omnipotens sempiterne Deus, cui nunquam sine spe misericordiae supplicatur, propitiare animae famuli tui *Illius*; ut qui de hac vita in tui nominis confessione decessit, sanctorum tuorum numero [1] facias aggregari. Per. γ

R. Gerb. 320. Pam. 457. Men. 218.

Secreta.

Propitiare quaesumus, Domine, animae famuli tui *Illius*, pro qua tibi hostias placationis offerimus: et quia [2] in hac luce [3] fide mansit catholica, ei [4] in futura vita eius [5] retributio condonetur. Per. γ

R. Gerb. 321. Pam. 457. Men. 218.

758 **Infra actionem.**

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie et anima [6] famuli tui *Illius* offerimus, quaesumus, Domine, placatus accipias, et tua pietate concedas, ut mortalitatis nexibus absolutam [7] inter fideles tuos habere constituas portionem [8]. Per [9]. γ

R. Gerb. 321. Pam. 457.

Postcommun.

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus, ut animam [10] famuli tui *Illius* ab angelis lucis susceptam, in praeparatis habitaculis [11] deduci facias beatorum. Per. γ

R. Gerb. 321. Pam. 458. Men. 218.

[1] Men. inserts *eum.* [2] *ut quid* R. [3] Pam. Men. insert *in.* [4] *et* (for *ei*) R.: Pam. Men. omit *ei*; V. as text. [5] *ei* R. [6] *pro requiem et anima* V.; *pro requie animae* R. Pam. [7] *absoluta* R. Pam. [8] *mereatur habere portionem* Pam.; V. R. as text. [9] R. inserts after *portionem* the clause *diesque nostros*, which V. Pam. omit. [10] *anima* V. R.; Pam. Men. as text. [11] *praeparata habitacula* Men.; V. R. Pam. as text (ungrammatically).

C.

In agenda plurimorum.

R. Gerb. 323. Pam. 460. Men. 219. Leon 453.

Praesta [1], quaesumus, Domine, animabus famulorum famularumque tuarum misericordiam sempiternam [1]; ut mortalibus nexibus expeditas lux eas [2] aeterna possideat. Per. γ

Alia.

R. Gerb. 323. cf. Leon. 452.

Deus, cui soli competit medicinam [3] praestare post mortem, tribue, quaesumus, ut animae famulorum famularumque tuarum, ab omnibus exutae peccatis, in electorum tuorum societatibus aggregentur. Per.

Secreta.

R. Gerb. 323. Leon. 451. Pam. 460. Men. 219.

Hostias tibi, Domine, humili placatione [4] deferimus; ut animae famulorum famularumque tuarum [5] per haec placationis officia perpetuam [6] misericordiam consequantur [5]. Per. γ

Infra actionem.

R. Gerb. 323. Pam. 461.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro requie et animabus [7] famulorum famularumque tuarum offerimus, quaesumus, Domine, propitius intuere, et concede ut et [8] mortuis prosit ad veniam, quod cunctis viventibus praeparare dignatus es ad medelam. Quam oblationem [9]. γ

Postcommun.

R. Gerb. 323. Pam. 461. Men. 219.

Inveniant, quaesumus, Domine, animae famulorum famularumque tuarum omnium [10] in Christo quiescentium lucis
aeter•nae consortium, qui in hac luce positi tuum [11] consecuti 759
sunt sacramentum. Per. γ

[1] *Propitiare . . . misericordiam sempiternam* R.; *Propitiare . . . misericordia sempiterna* Pam. Men.; *Praesta Domine quaesumus animae famuli tui misericordiam sempiternam* Leon.; V. as text. [2] *ut eam mortalibus nexibus expeditam lux* Leon.; V. R. Pam. Men. as text (save that Pam. has *expeditae*). [3] *medicina* V.; R. Leon. as text (the latter part of the Collect. in Leon. differs from V. and R.). [4] *supplicatione* Leon.; *plicatione* R.; V. Pam. Men. as text. [5] *anima famuli tui . . . consequatur* Leon. [6] *tuam* (for *perpetuam*) R. Pam. Men.; V. Leon. as text. [7] *requiem et animabus* V. R.; *requie animarum* Pam. [8] *et ut* R.; Pam. omits *et*; V. as text. [9] R. Pam. have *diesque nostros*, which V. omits. [10] *omniumque* Pam. Men.; V. R. as text. [11] *positum* (for *positi tuum*) R.

CI.

Item alia Missa.

Pam. 461. cf. Leon. 453.

Fidelium Deus omnium conditor et redemptor, animabus [1] famulorum famularumque tuarum remissionem

cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Per. γ cf. Gerb. 323.

Maiestatem tuam, Domine, supplices exoramus, ut animae famulorum famularumque tuarum ab omnibus, quae per humanitatem [2] commiserunt, exutae, in tuorum censeantur sorte iustorum. Per. B. cf. Leon. 454.

Secreta.

Hostias, quaesumus, Domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende, et [3] quibus fidei Christianae meritum contulisti, dones et praemium. Per Dominum. γ Pam. 461.

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro commemoratione animarum in pace dormientium suppliciter immolamus, quaesumus, Domine, benignus accipias, et tua pietate concede, ut et nobis proficiat huius pietatis affectus, et illis impetret beatitudinem sempiternam. Per. γ

Postcommun.

Animabus, quaesumus, Domine, famulorum famularumque tuarum *Illius* [4] oratio proficiat supplicantium, ut eas et a peccatis exuas et tuae redemptionis facias esse participes. Per. γ Pam. 461. Gerb. 323.

[1] V. has *animarum*, perhaps through a confusion with the kindred forms in Leon. and Gerb. which begin *Fidelium Deus animarum*. Pam. as text. The Collects referred to in Leon. Gerb. differ slightly in several points from that in the text, in which V. and Pam. agree. [2] *per humanitatę* V.; *quae humanitus commiserunt* B.; the kindred form in Leon. has *quae humanitus attraxit*. [3] *ut* Pam. [4] Pam. Gerb. omit any indication of names; V. as text, perhaps for *Illius atque Illius*, perhaps for *beati Illius*.

CII.

Item alia Missa.

Animabus, quaesumus, Domine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam; ut eis proficiat in aeternum, quod in te speraverunt et crediderunt. Per. γ Pam. 462. [Gerb. 324 *n.*]

760 **Secreta.**

His, quaesumus, Domine, placatus intende muneribus, et quod ad laudem tui nominis supplicantes [1] offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per. γ Pam. 462. [Gerb. 324 *n.*]

Infra actionem.

[Gerb. 324 *n.*] Hanc igitur oblationem, quam tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum venerantes deferimus, quaesumus, Domine, placatus intende; et tua dignatione concede, ut mortis vinculis absoluti[2], transitum mereantur ad vitam. Per[3].

Postcommun.

[Gerb. 324 *n.*] Pam. 462. Supplices, quaesumus[4], Domine, pro animabus famulorum tuorum[5] preces effundimus, sperantes ut quicquid conversatione contraxerunt humana et clementer indulgeas, et in tuorum sede laetantium constituas redemptorum. Per. γ

[1] *supplices* Gerb.; V. Pam. as text. [2] *absolutae* Gerb.; V. as text. [3] Gerb. has *Quam oblationem*, agreeing with V. in omitting *diesque nostros*. [4] *quaesumus*, which is superfluous, is omitted by Gerb., but appears in V. and Pam. [5] *famulorum famularumque* Gerb. Pam. (the latter adds *tuarum*); V. as text.

CIII.

ITEM ALIA MISSA IN COEMETERIIS.

R. Gerb. 326. Pam. 462. Deus, cuius miseratione animae fidelium requiescunt, famulis tuis *Illis* et *Illis*[1] vel[2] omnibus hic[3] quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti[4], sine fine laetentur. Per. γ

Alia.

[Gerb. 326 *n.*] Omnipotens sempiterne Deus, annue precibus nostris ea quae poscimus, et dona omnibus, quorum hic corpora requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem; et[5] qui peccatorum suorum pondere praegravantur, eis[6] supplicatio commendet ecclesiae. Per.

Secreta.

R. Gerb. 326. Pam. 462. Pro animabus famulorum tuorum [*Illorum*] et *Illorum* et hic omnium[7] dormientium, hostiam, Domine, suscipe benignus oblatam: et[8] hoc sacrificio singulari[9] vinculis horrendae mortis exutae, vitam mereantur aeternam. Per. γ

Infra actionem. 761

R. Gerb. 326. Pam. 462. Hanc igitur oblationem, quam tibi offerimus, Domine, pro tuorum requie famulorum et famularum *Illius* et *Illius*[10], et omnium fidelium catholicorum orthodoxorum in hac basilica in Christo quiescentium, et qui in circuitu huius

ecclesiae tuae [11] requiescunt, quaesumus, Domine, placatus accipias, ut per haec salutis humanae subsidia in tuorum numero redemptorum sorte perpetua censeantur: diesque nostros [12].

Postcommun.

Deus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris, et da omnibus [13] quorum corpora hic quiescunt refrigerii sedem, quietis [14] beatitudinem, luminis claritatem. Per Dominum. γ R. Gerb. 327. Pam. 463.

[1] *Illius* V. [2] *et* Pam. [3] R. Pam. insert *in Christo.* [4] *absolutis* V. [5] *ut* Gerb. [6] *eos* Gerb.; V. as text (ungrammatically). [7] R. Pam. insert *catholicorum.* [8] *ut* R. Pam. [9] *sacrificium singulare* R. [10] *Illi et Illi* V. [11] Pam. omits *tuae.* [12] Pam. omits *diesque nostros.* [13] R. inserts *fidelibus in Christo*; Pam. omits *omnibus* and inserts *famulis vel famulabus tuis N. et N. vel.* [14] *quietem* V.; R. Pam. as text, and so V. in the second Collect of this *Missa.*

CIV.

ITEM ALIA MISSA.

Adesto, quaesumus, Domine, pro animabus famulorum famularumque tuarum et omnium hic quiescentium, ut si quae carnales maculae in eis de terrenis contagiis inhaeserunt, miserationis tuae venia deleantur. Per. [Gerb. 326 *n.*]

Inclina [1], quaesumus, Domine, aures tuas ad preces nostras, pro quibus misericordiam tuam supplices exoramus, ut animas famulorum famularumque tuarum in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum iubeas esse consortes. Per. γ cf. Gerb. 321.

Secreta.

Munera, quaesumus, Domine, quae tibi pro requie et animabus [2] famulorum famularumque tuarum [3] omnium in Christo quiescentium offerimus, ad earum redemptione [4] proficiant. Per. [Gerb. 326 *n.*]

Infra actionem.

Hanc igitur oblationem, quam tibi pro defunctis offerimus, quaesumus, Domine, [5] propitiatus accipias, et miserationis tuae largitate concedas, ut ab omnibus quae per terrenam conversationem traxerunt [6] his sacrificiis emundentur. Per. [Gerb. 326 *n.*]

762 **Postcommun.**

Multiplica, Domine, super animas famulorum famularumque tuarum misericordiam tuam; et quibus [7] donasti [Gerb. 326 *n.*]

baptismi sacramentum da eis aeternorum plenitudine[8] gaudiorum. Per.

[1] This Collect is parallel to that to which reference is made in Gerb., but not identical with it. [2] *pro requie animarum* Gerb. [3] Gerb. inserts *et*. [4] *eorum redemptionem* Gerb.; V. as text (ungrammatically). [5] Gerb. inserts *ut*. [6] *contraxerunt vitiis* Gerb.; V. as text. [7] *cui* V. [8] *plenitudinem* Gerb.; V. as text (ungrammatically).

CV.

ITEM MISSA IN DEPOSITIONE DEFUNCTI, TERTII, SEPTIMI, TRICESIMI DIERUM, SIVE ANNUALEM[1].

R. Gerb. 327. Men. 218.

Adesto, quaesumus, Domine[2], pro anima famuli tui *Illius*, cuius in depositione sua[3] officium commemorationis impendimus, ut si quae[4] eum saecularis macula invasit[5], aut vitium mundiale infecit[6], dono tuae pietatis indulgeas et extergas[7]. Per.

R. Gerb. 327. Men. 218.

Quaesumus, Domine, ut[8] famulo tuo cuius septimum[9] obitus sui diem commemoramus, sanctorum et[10] electorum largire[8] consortium, et rorem[11] misericordiae tuae perennis[12] infunde. Per.

R. Gerb. 327. cf. ciii *supra*.

Deus, indulgentiarum Domine, da famulo tui *Illi*, cuius anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, luminis claritatem largiaris[13]. Per.

Secreta.

R. Gerb. 327. Men. 218.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hanc oblationem, quam tibi offerimus ob diem depositionis septimi vel tricesimi[14], pro anima famuli tui *Illius*, placatus ac benignus assume. Per[15].

Infra actionem.

R. Gerb. 327.

Hanc igitur oblationem, Domine, quam tibi offerimus pro anima famuli tui *Illius*, cuius depositionis diem[16] septimum vel tricesimum celebramus, quod[17] deposito corpore animam tibi[18] creatori reddidit, quam dedisti[19]: pro quo[20] petimus divinam clementiam tuam, ut mortis vinculis absolutus[20] transitum mereatur ad vitam[21]. Per.

Postcommun.

R. Gerb. 327. Men. 219.

Omnipotens sempiterne Deus, collocare dignare corpus et animam et spiritum[22] famuli tui *Illius*, cuius diem septimum, vel tricesimum[23], * sive depositionem[24] cele- 763

bravimus[25] in sinibus[26] Abrahae, Isaac, et Iacob; ut[27] quum dies agnitionis tuae[28] venerit, inter sanctos et electos tuos eum resuscitari[29] praecipias. Per.

